М. Ю.

ВАРШАВСКІЙ
ГЛАВНЫЙ АРХИВЪ
ДРЕВНИХЪ АКТОВЪ.

Залъ Г.
Шкафъ 3. Полка 2
№ 33.

[illegible] Kancelaryi w tej księdze dnia 17 Lipca 1844.

[illegible] dnia 27 Lipca 1844.

Jeryng

7 Lipca 1844.

Liber Quinquagesimus Octavus

Sub literis EK No 59

Regnante

Sermo Sigismundo Augusto

Cancellariatu

Rndmi Samuelis Maciejowski Epi Cracov

Annorum. 1548: et 49



Comicia ad diem diuo Laurencio Sacrum Piotrkouie indicta

Ad Consiliarios maiores

Sigismundus Augustus dei gratia REX Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie Mazouie, Samogitie etc dominus et gaeredus Prussie in Chro pater domine Sincere nobis dilecte. Etsi Serenissimi dom̃ parentis m̃ri mors ingentem animo m̃ro mocrorem attulit: non ideo tamen pretereunda duximus, que ad m̃rum intelligimus officium pertinere. Neque enim ignorat S. v̄ra qua nobis persona fuerit imposita: cum ante annos decem et octo Rex Polonie concordi omnium voluntate designati sumus: corona etiam Regni capiti m̃ro imposita, ac a cunctis Senatoribus cetteribque Regni m̃ri ordinibus, debita fidei et subiectionis ac obedientie iuramento nobis prestito Sed neque nos memoria non tenemus quale inbiurandum et ipsi vicissim dederimus posteaquam ad annos pubertatis perueniuimus, septem a coronatioe m̃ra annis interiectis. Memoresq itaque persone quam sustinemus, non ita priuato dolori m̃ro quamlibet iusto putauimus indulgendum vt ei curam qua nos de Regni m̃ri tranquillitate tuenda et conseruanda plurimum anget non anteponendam duceremus. Cui vni nihil rerum omnium esse preponendum existimamus. Quare cum ita Deo visum sit Opt. Max. vt quo tempore multo maxime Regno m̃ro difficultates impenderent eo potissimum non magis m̃rum quam patrie parentem de nobis

dequie illa præclare merita, aeternam illam in do;
minum suam vocaret de præsidio stationeque vitæ
huius decederet in sum: sicut eo supplicio fidei
data memores, nullis nos Regni negotiis im;
plicauimus: ita nunc quando ad nos ex mortuo
Regni huius nri gubernacula delata sunt, omni
cationi pro officio nro prouidendum duximus
ne quid nobis ad ea sedentibus Regnum nrum
detrimenti caperet. Non opus est S: vra plu;
bus recensere quam gravibus de rebus matura
nos deliberationem suscipere sit necesse. Nam
quo in statu relicta fuerint omnia proximis su:
perioribus Comitiis quibus et nos a duo parente
olim nro acciti interfuimus, tenet procul dubio
S: vra memoria. Nunc maiora videntur imine
re pericula, postq ib ad superos migrauit. Me
tuendum enim est, ne Turcarum Cæsar eo mor
tuo se solutum esse interpretetur insmrandi vin
culo quo pacem cum Regno perpetuam retine
re fuit obstrictus. De Tartaris etiam non va;
ni rumores affermtur, quod ingenti mmmero
per campos nros iter facere velint, cum Cæsarq
Thurcarum hoste Persarum Rege ex cius nra
dato bellum suscepturi. Hæc quidem fama spar
gitur, sed interim periculum est, ne quid de Ar
ce Balakley instauranda cogitent. Sed neq
a Valachis terra nra Podolia tuta satis est
quod dubium non est, mandata Turcarn Cæ
sarib esse facturos. Atque hæc quidem eis ter;
ris, quæ sunt Turcis, Valachis, Tartaris fini;
tima: Sed non minora alijs quoque discrimia
impendent, quibus cum christianis finis sunt
Nam quid Magister quidam ordinis moliatur
S: dra non ignorat: cuius conatibus obuiam

ire modis omnibus oportet. Sed neque illud dam
est S. vram quanta sit de finibus controuersia, cu
domino Ioanne Marchione brandeburgen; Quem
admodum etiam ad alias Silesiorum iniurias
de quibus ne iuxta decreta quidem facta satis fa;
ctum nris est, nona hec accesserit quod probe dum
parentis nri monetæ dignitati permultum detra;
ctum est, cum eius præcium est imminutum
non sine Regni huius nri quadam ignominia
Quamobrem cum quoquo vertas oculos ma;
gna undique pericula et ingentes difficultates
Regno huic nro impendeant, cupimus ratione
inuenire qua et externa illa propelli possint
et simul domestica res constitui, qio et cædes
et periuria reprimantur, et inditia simul ita exer;
ceantur vt omnes iniste de illis querendi occasio;
nes præcidantur. Quas ad res simul etiam ad
confirmanda per nos iura et [illegible] tam Re;
gni ditionumque nrarum communia quàm
priuatarum etiam personarum et locorum quo;
rumcunque priuata et quibus libertates, liber
et immunitates a maioribus nris datas et qua
deinceps etiam a dno parente nro quamdiu vi
xit donata sunt, sicut annis ab hinc prope duo de;
cem nos facturos esse literis nris obstrinxera;
mus Comitia Regni nri maiora edicenda
duximus, ita vt edicimus præsentibus Lictr
Konia ad diem dno Laurentio sacrum, qua
minorata in Sexta feria quadra post festum vi;
sitationis Mariæ, et qualia in Kolo feria quita
in vigilia Sanctæ Margarethæ de more præce;
dent. Hortamur itaque S. vram vt ad vtraque
hac per nos edicta Comitia proficiscatur, atque
ibi vna cum alijs qui ex Senatorio et Equestri

ordine presentes aderunt, audita Nuntij ñri legatione Nuntios eligat, viros graues et prudentes, publicæ ñõ priuatæ suæ rei studiosos, qui de eis quæ proposita erunt per Nuntium nr̃um, quæque deinceps in maioribus Comitijs e re nata per nos proponentur, no biscum una deliberationem suscipiant. Ad quæ quidem Comitia ñra maiora ipsa etiam D: vr̃a se conferet, ac fidele nobis consilium suum de quibus rebus rogata fuerit impartiet. Factura nobis rem valde gratam. Quæ bene valeat. Dat Cracꝯ feria sexta postridie festi Corporis Chr̃i. Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo octauo Regni vero nostri Decimo nono

Ad mandatu Sacræ
Mtis Regiæ propriũ

Schedula literis inclusa

Rediit a Cæsarea Mte. Magnus Stanislaus de Lasko Palatinus Syradien. apud quam hoc obtinuit, vt causa Prussiæ arbitrio ac cognitioni Serenissimi domini Romanorum Regis permitteretur: quod melius D: vr̃a ex ipso Magco Palatino in proximo Comitijs cognoscet

Ad Consiliarios minores

Sigismundus Augustus dei gra Rex Poloniæ etc Generose fidelis dilecte. Quando ita Deo visum est, vt Serenissimum dominum parentem olim nr̃um, de præsidio stationeque vita breuius dece

dere inberet. Visum est nobis, qui ante annos decem et octo successor illius in Regno, Loloniaque Rex designati et coronati sumus, vt quæ sint officii nri ea obiremus, atque omni ratione providere conare mur, ne quid Regnum nrum detrimenti caperet Quod quoniam nisi in Comitijs Regni maioribus provideri non potest, ea ad proximum festum divi Laurentij Liotrcomiæ edicenda putauimus: ita vt pūtibus edicimus, in quibus cum de periculis Regno impendentibus propulsandis deliberationem suscipiemus: tum etiam prouisi nri memores ea iura et priuilegia quorumcunque, sive publica sive privata confirmabimus. Quoniam vero Comitia hæc Liotbrcomienbia minora alia præcedent in Srzoda feria quinta post festum visitationis Mariæ, et rursus alia generalia in Kelo feria quinta in vigilia Sanctæ Margarethæ Mandamus F: tuæ vt ad vtraque Comitia hæc proficiscatur, atque ibi vna cum alijs quorum interest, nuntios eligat, plena et non limitata potestate, viros graues et prudentes, non priuatæ suæ sed publicæ rei studiosos, et cum his vna Liotrkomiam ad Comitia veniat. Suum etiam nobis consilium de ratione Regni defendendi communicatura. Factura pro gra nra et officio suo Datæ Craconiæ feria sexta postridie festi corporis Chri. Anno domini. Millesimo quingentesimo quadragesimo octauo. Regni nri. Decimo nono

Ad mandatū Sacræ
Mtis Regiæ pprium

Ad Præfectos

Stigismundus Augustus dei grā Rex Polonie etc
Magce Sincere nobis dilecte. Quandoquidem gra
vis nobis et acerba Serenissimi domini parentis nri
mors hoc tempore accidit, quo si vngz antea magna
Regno nro ad cuius gubernacula vivente adhuc
ille illius ante annos decem octo omnium ordi;
num consensu admoti summis impendere vi;
dentur pericula, memores qua de confirman
dis privilegiis et libertatibus Regni factures nobis:
terib datis promiserimus. Visum est nobis ex Co;
siliariorum nrorum sententia Comentium Regni
maiorem, ad diem divo Laurentio sacrum adi
cere: in quo et promissis nris satisfacturi summis
et de averten imminen Regno periculis deli;
beraturi suscepturi. Cum vero Comentum
Comitia minora in Srzoda feria quinta post fe;
stum visitacionis Marie et gnalia in Kolo ffa
quinta in vigilia Sancte Margarethe de more
precedent. Hortamur itaque S: tuam vt Co
mentum Comitiaque ista voce Craconis in lo;
cis publicis proclamari iubeat, literasque qua
rum fasciculos illi mittimus, ijs quibus inscri
pte sunt: si qua vero inscripta non sunt eas pra
cipue Nobilitati Craefectura sua inscriptas per
ferendas curet. Ipsa quoque Comitijs interesit
atque det operam vt Nuntij ad Comentum
maiorem Regni eiusmodi eligantur, quibus
salute et dignitate Reipublice nihil sit antiqui
us. Rem nobis gratam factura Datum Crac
feria Sexta postridie festi Corporis Chri. Anno
domini. Millesimo quingentesimo quadragesi
octavo. Regni nri Decimonono

Ad mandatu Sacre
cltis Regie proprium

Ad Nobilitatem

Sigismundus Augustus dei gra Rex Polonie etc
Nobilis fidelis dilecte. Quandoquidem domi-
nus deus Serenissimum dominum parentem
nrum ex hac luce in coeleste Regnum magno
nro dolore evocare dignatus est nobis omnium
ordinum voluntate Regni hujus succedere
designatis. Visum est nobis Comentum Regni
maiorem Piotrkovie ad diem festum Sancti
Laurentij adicere. In quo primum omnium in-
ra, privilegia libertates ac immunitates Regni
nri publicas ac privatarum quarumcunque per-
sonarum et locorum ita vt facturos nos iampridem
literis datis promisimus confirmemus. Deinde
vero de avertendis imminentibus Regno pe-
riculis rationibusque illius constituendis delibe-
rationem cum Consiliarijs nris suscipiamus. Quo
niam vero Nuntijs ab ordine Equestri pro no
re recepto ad eam rem opus est Comitia minora
in Srzoda feria quinta post festum Visitacionis
Marie. et alia generalia in Kolo feria quinta
in vigilia Sancte Margarethe instituimus. Hor
tamur autem F: tuam. vt ad ea proficiscatur ac
cum alijs ordinis Equestris viris nuntios deli-
gat. viros maturos publicaqz non privatae rei
studiosos. Factum pro gratia nra. Datum Cra
covie feria sexta post festum Corporis Christi
Anno domini. Millesimo quingentesimo quadra
gesimo octavo. Regni vero nostri decimonono

Ad mandatum Sacre
Mtis Regie proprium

Instructio ad comitia minora

Cum esset renunciatum Sacræ Mti Regiæ Serenis:
simum dominum Sigismundum primum Re
gem vrum, non ipsius modo Mtis Regiæ verum
et vrum patriæque vræ parentem et dominum
clementissimum e corporis sui diuersorio alter;
nam illam in domum a deo sibi paratam com
migrasse maiorem quàm credi posset ex hoc tã
tristi Nuntio dolorem accepit quod et si patre be
neficentissimo et Regnum hoc eo Rege et prin
cipe orbatum esse videbat: cuius non domi maior
quàm foris esset authoritas quem non sui modo ve
rum et exteri amarent, colorent, obseruarent, in
oculis ferrent. Virtutum enim et rerum a se ge;
starum fama terrarum orbem vniuersum imple
uerat ita vt vel vmbra eius facile Regnum a vi
cinorum et impetu protegeret. Magnum itaque
ex morte ipsius luctum hausit Mtas Regia, sed
ea tamen simul vt se recollegit et quam eius moe
rori dies erat allatura medicinam eam ratioe
repræsentauit: statim animum adiecit ad ea quæ
ad offitium suum pertinere intelligebat. Nam
cum ante annos decem et octo, concordi omnium vo
luntate Rex Poloniæ renunciatus fuerit cumq3
corona capiti Mtis eius impposita postridie debitæ
fidei et subiectionis ac obedientiæ iusiurandum a
Senatoribus Regni sui coeteris q3 ordinibus acce
perit, ac septem annis interiectis iusiurandum
eius Mtas vicissim dederit se iura, priuilegia liber;
tates et immunitates, omnium Regni ordinum
conseruaturam. Quoniam exprobbe cautum fuit

quoad paterna Mtas viueret ne quam in Regno sibi
Mtas eius inuib dicionem vsurparet, superstite paterna
Mte, canit Mtas eius diligenter ne contra quam se factu;
ram promiserat, aliquibus Regni se negotijs implicaret
Posteaquam vero Deo ita visum est, vt ex hac vita Sere;
nissimus dominus parens excederet, tum primu acce
dendum esse Mtas eius existimauit ad ea quæ pride
sibi delata essent Regni gubernacula: quæ dei beni
gnitate freta ita moderari statuit, vt quod triste sui de;
siderium apud multos paterna Mtas reliquit id facile
leniri posse confidat, cum Sereniss[imu]m sunm filiu
eo curas omnes suas conuertisse viderint, vt paternas
virtutes si minus superare æequare tamen queat
Porro si salus Regni et subditorum paterne Mti cure
fuit, non committet Mtas hec Regia vt hac in parte
secundus illi fuisse videatur, tantoque maiore studio
in hanc defendendi Regni curam et cogitacionem in;
cumbet, quanto est ætas Mtis eius ad onera quæ nis fe
renda laboresque subeundos aptior. Quin et illud oni
ratione prouidebit, quod proximis annis superioribus
quod propter affectam et ætatem et valetudinem præsta;
re Sacra Mtas paterna non potuit vt ius cuique sunm
tribuat, et quæ fuerunt hominum querimonie de no
administrata iustitia earum causæ deinceps omnes
præcidantur, cum homines ius cuique æquabiliter
dici viderint, omnibus frustratorijs dilationibus reie;
ctis. Hæc duo imprimis Mti eius cure sunt futura, vt
et hostes a finibus deo innante arceat, et a quocunq;
tandem iniuriam alicui factam cognouerit, eam so;
lum denum et iusticiam pra oculis habendo propulset
Atque his potissimum duabus de causis primo quoque
tempore Comitia sibi Regni ædicenda esse putauit
Nam quæ pericula impendebant Regno dum in vi;
nis esset paterna Mtas, ea ne nunc etiam graviora
immineant metuendum esse perspicit. Periculu
enim est, ne Turcarum Cæsar, cum ad eum rumor
de morte Regia peruenerit, minime se teneri de
inceps existimet ad fœdus cum Regno conseruadu

Quandoquidem ijs qui cum foedus eiusmodi percus-
sit, in vinis esse desijt. Tartari quoque procul dubio
non quiescent, et occasionem sibi datam existimabunt
praede in Regno agendae, atq3 vtinam modo se con-
tineant, vt ne vi aliqua maiore in Regni fines irrup-
pere conentur; allatum enim est non vanis autho-
ribus eos sub quodam Persarum Regis obtentu di-
ciones innaden, per eos campos iter facere decreui-
se ex mandato Caesaris, in quibus est Arx Balakleij
quam sibi Turcae vendicare conantur. Cum ante
hoc futurum sit iter illius denique, facile coniectu-
ram ex eo facere licet, diuersum illos ab eo cogitare
de quo famam sparserunt. De Valachi quoq3 fide
nihil est, quod certi nobis aliquid promittere pos-
sumus. Nam vt maxime ijs in fide et officio esse ve-
lit, sui tamen imperij non est, et imperata maioris
facere cogitur, qui simul vt signum dederit, velit
nolit, violandum est ei necessario foedus quod cum
Regia Alte atq3 adeo Regno ipso non ita pridem
iniuit. Quamobrem ex omni parte nobis ingens
imperidet discrimen. Non ab ijs modo quibus di-
uersa a nobis religio, verum et ab ijs qui cum eun-
dem nobiscum colant deum, eandem fidem profite
antur, sanguinis etiam arctiore necessitudine Re
gia Alti coniuncti sint: nihil tamen his rebus mo-
ueri videntur, quin et ipsi bellum contra nos moli-
ri dicuntur. Cui enim obscurum est, quanta sit cu-
ra et sollicitudo eius qui se Magistrum ordinis pro-
fitetur, quantopere in terras Prussiae inhiet, ad q3
ius habere se pretendit. Vrget, instat apud Sermos
fratres Caesaream et Regiam Romanorum Alte
apud reliquos etiam Principes, et omnes status im
perij, vt sibi adiumento sint, quo terras istas a Regni
corpore diuellere et sub suam potestatem subiungere
possit. Etsi aut Regia Alta omnia sibi de Sermis

fratribus meliora pollicetur, et quam sancte coluerunt
cum dino parente amicicia eam se quoque superstite, qui et Regni et amicorum paternorum successor est non violatam iri confidat. Illud tamen interea non obscure perspicit nunquam esse quieturum Magistrum istum nisi qua de re tantopere laborat, eius alignando compos efficiatur, vt impetratis auxiliaribus copijs in terras Lenbbie imprebbionem faciat. Cenbet itaque Ittas Regia tempori malo huic occurrendu et rationes inemndas ebbe, quibus effici pobbit, vt si quid facere sit aggressus Magister iste nentiquam nos offendat imparatos. Cum praesertim non desint etiam alij qui minas quasdam denunciare Regno videntur. Nominatim autem Illustris dominus Ioannes Marcgio qui cum quoniam de finibus ambigitur non obscure fert se non nihil offensum esse Sed et a Silesijs non mediocres iri ferunt iniurias qui ad voces illas quas nondum penbarunt cum tocies id se facturos ostenderint, nonam etiam has adiecerunt, quod probam Regia Ittis monetam, vilem admodum reddiderunt, multo minori praecio illi imposito, quam quanto eam valere constat. Ita quoque verteres oculos, multas iniurias, multa huic Regno imminentia discrimina videre licet Quae quidem Regia Ittas pro virili sua, primum dei auxilio. tum vtarum Do: fideli ope freta atqz adiuta propulsare a suorum cervicibus conabitur Neqz vllum in se boni Regis bonique pastoris officium requiri pacietur Adeo vt si qua id forte necessitas postularet, boni pastoris officio fungi, et animam etiam suam pro ouibus suis ponere se promptam offerat et paratam. Neqz enim vita hec illi charior est, que seruis haud citius ponenda tame aliquando est, quam sit salus et incolumitas patrie cuius tuende causa, nullos labores refugiet, nullis

parcet sumptibus, nulla pericula declinabit, etiam si morb ipsa sit oppetenda. Quoniam vero ab illud intelligit Mtas eius de externis periculis propulsandis frustra deliberationem subcipi, ni prius domi res constituta sint Quam diu enim intus hostis est, intus periculum inclusum est, quæ spes est rem foris recte iri posse? Non ignorat Mtas Regia tam esse fratrum inter se acerba odia, tantam armorum impunitatem, tantam ferri licentiam, vt insto prælio commisso, vix tot cadant hominib, quot cadere quotannis dicuntur a fratribus suis miserandum in modum trucidati vt quem summa cum laude, et nullo vnqz tempore intermoritura gloria in hostem nominis christiani gladium stringere licuit, in fraterna potius viscera vibretur, christianoque sanguine, ingenti cum turpitudine, deiqz optimi Maximi offensione imbuatur Huius aut rei causam hanc esse Mtas eius accepit quod cum aliter ius suum obtinere homines non se posse querantur, armis tandem illud persequi in animum inducant. Hanc itaqz cadium cautam ante omnia Regia Mtas funditus eradicatam cupit, atqz omnes vias et rationes explorare vult, quibus ad ius quibqz suum quoad eius fieri possit citra expectationem aliquam longiorem perueniat, vt cum ius vnicuique suum tribui compertum fuerit, ab istis tandem aliquando dissidijs et cædibus mutuis absteneant homines, et quibus armis per hæc tempora flagiciose vsi sunt in sua ipsorum membra scientes Vnius enim corporis, multa membra sunus christiani omnes ijs in hostem christiani nominis, aut in eum qui patriam oppugnare conetur multo honestius vtatur. De cædibus itaque istis reprimendis atqz vt ne frequententur perinuria, maiorqz fit inuiandi religio quam hactenus fuisse dicitur, consilia sibi dari Regia Mtas postulat, cum ad Comitia maxima

Do: vrę pernenerint, aut Nuntios ad ea suos miserint, fa-
ctura omnia summo studio qua ad Regni tranquillita-
tem conservandam pertinere putauerit. Cui certe ni-
hil esse prauertendum existimat. Neque vero no me-
minit vtas Regia se datis eam in rem literis suis ca-
visse, quod post obitum Serenissimi domini parentis
sui nemo subditorum illi parere teneatur, nisi prius
ipsis vniuersis omnia iura et priuilegia, tam Regni di-
tionumq3 suarum communia, quam priuatarum eti-
am personarum, et locorum quorumcunque primata, et
quasuis libertates, literas et immunitates, a maioribq
suis donatas, et quę deinceps etiam a Sermo patre q3
din viueret donata fuerant et constitutę literis suis con-
firmasset; atque inxta continentiam et tenores earum
in debita execucione posuisset. Hęc itaque omnia
sicut literis suis se obstrinxit libenter se pro viribus
suis facturam et exequuturam in his ipsis quę nunc
Lietreonia ad diem dino Laurentio sacrum edixit
Comitijs offert. Hortatur aut Do: vras, atque ab illis
postulat, vt inxta morem receptum nuntios eligant
viros graues, prudentes, et ad tractandum de rebus
tam arduis idoneos, non priuati sui alicuius, sed pu-
blici tantum commodi publicę salutis et tranquilli-
tatis studiosos, cum plena et non limitata potestate
Deinde vero qui ex Do: vris Senatorij simt Ordinis
vna cum illis qui nuncij fuerint renunciati ad locum
maioribus Comitijs designatum proficiscantur, atq3
ibi ea omnia in medium afferant quę ad Regni sa-
lutem et inviolabilitatem tuendam et conseruandam
atque ad propulsanda pericula, quę cerricibus vris
impendere cernuntur pertinere videbuntur. Porro
vtas Regia quecunque fuerint illi data salubria
consilia, lubenti atque alacri animo amplectetur
neque vllum in se boni Principis et suorum a-
mantis officium requiri patietur

X

Conuentus generalis Regni ad diem Sancti Laurentii

Cerrarum maioris Polonie gnalis in Kalo feria qnta in vigilia Sancte Margarethe
Comentus Palatinatus Poznanienbis et Calissien in Srzoda feria quinta post festum visitacionis Marie
Palatinatus Syradienbis in Sebadek feria tertia ante festum Sancte Margarethe
Palatinatus Lancicienbis Lancicia, feria secunda ante festum Sancte Margarethe
Palatinatus Plocenbis in Racziasc feria Quinta post festum visitacionis Marie
Palatinatus Brzesten et gnievladislavienbis in Radzicziow feria secunda ante festum Sancte Margarethe
Terre Dobrzinen in Rypin feria secunda ante festum sancte Margarethe
Palatinatus Rauenbis in Rawa feria Quinta post festum visitacionis Marie
Terre Sochaczenien in Sochaczow feria secunda ante festum Sancte Margarethe
Terre Costinen in Rambin feria secunda an festum Sancte Margarethe
Terre Vielunen ac ostrzeschonien. in Vielun feria quinta post festum visitacionis marie

In Palatinatu Mazouie

Comentus generalis Palatinatus Mazonie feria sexta post festum visitacionis Marie
Comentus Particularis Varschonien. feria quinta post festum visitacionis Marie

Ziechanovien feria tertia
Zakroczimen
Limenbis eodem
Nurenbis
Vizneubis sabbato ante festum visitacionis Marie
Lomzenbis
Rozanenbis eodem
Visshegradien
Cgerenbis

Conuentus terrarum minoris Poloniæ

Generalis in Nona Ciuitate Korczin feria quarta ante festum Sancta Maria Magdalena
Lalatinatus Cracovienbis in Lrossonicze feria secunda ante festum Sancta Maria magdalena
Lalatinatus Sandomirien in Opathow dominico die ante festum Sancta Maria Magdalena
Lalatinatus Lubliuen Lublini feria Quinta in vigilia Sancta margaretha
Lalatinatus Rvbbia in Vibnia feria quinta post festum visitacionis Maria
Terra Chelmenbis in Chelm feria tertia ante festum Sancta margaretha
Lalatinatus Lodolia in Kamieniecz feria tertia post festum visitacionis Maria
Lalatinatus belzen in belz feria quinta post festi visitacionis Maria

Nuncii ad comicia minora missi

Ad Srzoda et Kolo venerabilis Andreas Przeczlawskij De-
canus Loznanienbis et Canonicus Craconien
Ad Schadek Joannes Skaschewskij Canonicus Plocen
Lanciciam Mathias Varganskij Canonicus Wladi-
slavien, apud Ecclesiam Collegiatam
Ad Raczias Arnolphus Veganskij
Ad Radzeiow. Generosus Joannes Krzigarowskij
Ad Ripyn Chelmijeztkij
Ad Rawa Nicolaus Radzieiowskij
Ad Sochaczow idem
Ad Lambyn. Generosus Stanislaus Volckij Capi-
taneus Costinenbis
Ad Vichtl Generosus Stanislaus Vierzchleyskij
Varschoniam venerabilis Lettus Arczichowskij
Canonicus varschonien
Ad Czechanow
Ad Zakroczim Blendowski Dom
Ad Linen
Ad Nur
Vizuam
Lomzam
Ad Rozan
Ad Vischegrad
Ad Czerszko
Ad Nouam Ciuitatem Korczin Valentinus Dem
bienskij Referendarius
Ad Lroschonicze idem
Ad Opathow. Nicolaus Orzechowskij
Ad Lublin idem
Ad Visniam venerabilis Joannes Czerminenskij
Canonicus Craconensis
Ad Chelm
Ad Kamieniecz Joannes Lutbomierskij
Ad Belz

Donacio villarum Colembiow Derskow. et Wolia Colembiow: ska. Generoso Stamslao Podlio: dowski Dapifero Sandomirien

IN nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoria
Solent Reges et Principes quorum memoriam perpe;
tuam esse volunt, ea literarum monumentis commu
dare. Quamobrem nos Sigismundus Augustus dei
gra Rex Polonie: magnus dux Lituanie: necno ter;
rarum, Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cu;
iauie, Culmen, Elbingen. Pomeranie, Rubbie, Prus
sie Mazovie. Samogitie etc dominus et hæres. Si;
gnificamus tenore presentium literis, quorum interest vniuer
sis, qui nunc sunt, et qui in posterum futuri sunt
Cum Generosus Stanislaus Podliodowskij Dapifer
Sandomirien. et sua et maiorum suorum virtute
ac meritis sit nobis plurimum commendatus. vo;
lentes igitur eum gratia exhare testimonium
ipsi successoribusque eius masculini sexus villas
Colebiow, Derskow, et Volia Colembiowska, cu
omnibus ad illas pertinen, quas ad eam diem iure
Aduocatie, per Serenissimum Principem. dominum
Casimirum Regem Polonie Aduocatie Rado;
mien. additas et incorporatas possidet, damus et
donam duximus, damusque et donamus tenore
literis hac tamen lege. Separantes eas ab Aduo;
catia predicta, ac sub Theutonicum ex eis tollen
eas iuri terrestri, et immunitati ac libertati, qua
habent villæ Nobilium Regni nri incorporamus
Eripsum Generosum Stanislaum Podliodowski;
et eius successores masculini sexus. villas pdictas
cum omnibus earum Campis, agris, pratis sylvis

pinetis, quercetis, virgultis, alneariis, melificijs
apibus, venationibus omnis generis ferarum, aucupijs
stagnis, piscinis, lacubus, fluuijs, fluuiorumibus, torren-
tibus, piscaturis. Molendinis, Tabernis, hortulanis
Colonis, hortis, areis, censibus, pensionibus quibus
cunque: ac contributionibus, laboribus, omnibusq
vtilitatibus ac commodis ex villis superius descriptis
proueniẽtibus, quæ nunc sunt, et quæ in posterum in-
dustria humana excogitari poterunt, tenendas
habẽdi, et quiete perpetue et in æuum, iure tamen
fendi possidẽdi. Cum omni iure, proprietate et do-
minio: ita late et longe, quemadmodum suis fini-
bus, ab aliis vicinis villis distincta sunt, dandas
donandas, et in eos quos illi videbitur vsus conuer-
tendas. Nihil nobis iuris dominii vel proprieta-
tis, in eis ipsis villis reseruantes: sed totum in
ipsum Venceslaum Stanislaum Lodliodowskij
et eius successores sexus masculini transfundẽ
Liberantes insuper villas prædictas, ab omnibus
censibus, solutionibus, pensionibus, Lodnodis,
alisque oneribus et laboribus, si quas prestare
ad Arcem nram seu Ciuitatem Radomien
tenentur: duorum grossorum contributione
exceptа, quam pro nobis, et successoribus nris
reseruamus. In cuius rei fidem et testimo-
Sigillum nrum annullare, quo nunc vtimur pre
sentibus est appensum. Datum Cracouiæ feria
secunda infra Octauas Corporis Christi Anno
domini Millesimo quingentesimo quadragesi-
octauo Regni nri Decimo nono. Presentibus
in Choro patribus dominis. Samuele Macie-
skij, Epo Cracovien et Regni nri Cancellario
et Joanne Dzierzowski Epo Chelmen: necnon Mag:

nificis Generosis et venerabilibus. Joanne Comite de Tarnow Castellano Cracovien, Execu-
tionum Regni nri Supremo, ac Sandomirien Strien
Lubaczowien que Capitaneo. Petro Kmita Comite
in Wiśnicze Palatino et Capitaneo Cracovien. Re-
gni nri Supremo Marsalco, ac Sceprusien Premislien
Kolenqs Capitaneo, Joanne Comite de Thanczin
Palatino Sandomirien. Curiæ nræ Marsalco ac
Lublinen Lelovien que Capitaneo. Joanne de
Mielicz Palatino Podolie, ac Chmielnicen Ca-
pitaneo. Spitcone de Tharnow Doinicien The-
saurario Regni nri, ac Brzezniccen. Krzepicen, Krze-
Sovien que Capitaneo. Sebastiano de Miechow
Visticien. Generino Bonar. de Balicze Sandecen
Zuppario Burgrabio et magno Procuratore nro Cra-
covien. ac Oswiecznien. Zatorien. Ducatuum Bie-
cen Rabstynen. Cselsonen, et in Ochiecz Capitaneo
Joanne Ochieski Biecen et Capto Sandecen. Nicolao
Grabia Chelmen. Regni nri Vicecancellario, ac
Capitaneo Lubomlen Castellanis. Jacobo Uchanski
Decano Lloccen, Archidiacono Varschovien Canonico
Crac et Secretario maiore. Valentino Dembienski
Curiæ nræ Referendariis. Andrea Czarnkow-
ski Præpto Cracen et Scholastico. Joanne Przeremski
Præpto et Canco. Stanislao Hosio Juris utriusq Doctore
et Canco Crac. Secretariis nris. Nicolao Mirbogek de
magna Kmiezicze Cubiculi nri Præfecto et Capto Luco
vien. Joane Carlo Pocillatore meo. Nicolao Mickowski
Structore mensæ nræ. Nicolao Czikowski Subdapifero
mensæ nræ. et aliis Ppliis officialibq et aulicis nris
circa premissa exntibq. S: et D: dilectis. Dat per manus
Pfati Sdi in Chro prus D: Sammelius Epi Crac et R. C. etc

Rlo emissa

Donacio Aduocaciæ Rado mien. Stamslao Podlodowski

In nomine domini Amen Ad perpetuã rei me moriam. Quandoquidem in rebus humanis, nihil est tam firmum et stabile, quod diuturnitate temporis non intereat, prudenter prospectum est humana indu stria, vt quæ perpetua esse volunt, ea literarum mon; mentis ab oblivione vendicentur. Quamobrem nos Sigismundus Augustus deigrã Rex Poloniæ, Ma gnus Dux Lithuaniæ, Necnon terrarum Craconiæ Sandomiriæ, Sijradiæ, Lanciciæ, Cuianiæ, Culmen Elbingen, Pomeraniæ, Russiæ Prussiæ, Mazouiæ Samogitiæ ꝛc dominus et hæres. Significamus præ; sentibus literis quorum interest vniuersis, qui nunc sunt, et qui postea futuri sunt. Exhibuisse nobis. Ge nero; sum Stanislaum Podlodowskij, Capiferum Sandomiri; ensem, dimi olim Cazimiri Regis Poloniæ præceptoꝛ ñri hrab, quibus pro certa pecuniarum summa mar cis sex trecentis groschorum Pragensium Aduoca ciam m. Ciuitate ñra Radomien, cum omni iure et dominio, ad ipsam ab antiquo spectañ. Pronido et Honesto viro Conrado de Varsogenia vendidit et resignauit. Ad quam quidem Aduocatiam villas treb, ante ipsam Ciuitatem sitas. Golubow, Derskow et Volia. Sextum denarium censuũ, pront de man; sib ciuitatis, sex mansos liberos. Molendinum quod est in villa Volia, et alia molendina cum piscinis quot quot construere poterunt in futuro intra limites ciuitatis memorata. Aream liberam cum domo balneum, Cameras omnes pannorum et institaꝛn baurorum piscinam, Sutorum, atque salis medietatẽ macellorum carnificum. medietatem mensaꝛn pannum. mactatorum quod Kuthlow dicitur, cu mellificijs et borra, ac venatione animũ et ferarũ

necno vectura lignorum, intra limites ciuitatis pdictæ
ac vniuersis vtilitatibus, quas facere et excogitare pote
rit pro sua vtilitate, inre quo eadem ciuitas est locata per-
mittẽn adiecit. Liberãn omnia superius scripta et ab-
solũen ab omni solucione. Ac eximen ciues ciusdem
ciuitatis a Judicijs Palatinorum, Castellanorum et
quorumlzt Judicum Regni: permittenque Aduoca-
to vt pro omnibus causis, tam magnis quàm parvis
eos ipsos Ciues vbe indicet? Ipsum vero nemo nobi
nob et pro tempore exules Reges Polonie, idque suo
sigillo Regio obsignatis euocatum indicare poterunt
neque coram alio quocunque Judice vndere tenebitur
ex omnibusque indicijs tertium denarium percipere
debet. Judicia vero Prouincialz que Landwoytlz di
cunt, non nisi tribus vicibus in anno exercebit. In
omni aut expedicione bellica, Aduocatus ipse cum vno
homine galeato, altero vero cum sagittis seruire nobis
et pro tempore exulibus Regibus Polonie tenebitur
Quoniam vero ea vpa Aduocatia in manus ipius Ge-
neroſi Stanislai Podlodowskij pernenit. Nosque villas
predictas ab Aduocatia seimus et separatas in jus
fendi ipsi Generoso Stanislao Podlodowskij et eius suc-
cessoribus masculini sexus concessimus. Volumus
nosq; uolumus, vt reliqua omnia superius scripta, ad
eam ipsam Aduocatiam ab antiquo pertinẽn, et quo-
rum in vsu et possessione ad eam diem fuit salua et
integra ipsi et successoribus ipius permaneant. Quam
quidem Aduocatiam, cum omnibus superius scriptis
ad eam ipsam Aduocatiam ab antiquo pertinentibus
villis tantum predictis exceptis quas nre fendi, illi
concessimus, ipse Generoſus Stanislaus Podlodow-
skij cum successoribus suis, in summa predicta tre-
centorum marcarum grossorum Pragen. Necnon
in summa Centum florenorum Hungaricalium
Nobili Joanni Goliabiowskij, ipsius Aduocatia pos-
sessori per dictum olim Alexandrum, dina memoria

Regem Polonie, patrnum nrum Desyderatissimu
in ea ipa Advocatia inscriptas tenebit et possidebit, eo;
dem iure quo eam ad eam diem tenuit et possedit, cu
plena potestate, nro successorumque nrorum conben;
su acceden. Advocatiam predictam, et omnia ad
illam pertinentia, dandum, venden, commutandum
ac in usus eos quos illi succedentibusque illius melius
videbitur convertendi, tamdiu quoad de succedentu
ipsius, filiisque eius manibus redempta non fuerit
Salnum ius Advitalitatis ipi filioque eius per dium
parentem nrum concessum conservantes. Volentes
autem mains nra gratia, in ipsum Generosum Sta
nislaum Podlodowski extare testimonium. volu;
mus ut in redempcione ipsius Advocatie edificia
domus qua in arca Advocaciali in Civitate Rado;
mien extruxerit estimentur et taxentur, neque
prius successores predicti ipius filiisque eius cedere
possessione Advocatie predicte teneantur. Qua
summam pecuniarum qua edificia predicta esti;
mata fuerint, cum superius scriptis summis Tre
centarum marcarum grossorum Dragen Ac centu
florenorum Hungaricalium soluta et numerata
illis fuerit. In cuius rei fidem et testimonium si;
gillum nrum annulare quo nunc utimur, pre
sentibus est appensum. Datum Cracovie feria
secunda, infra octavas Corporis Cristi. Anno
domini Millesimo quingentesimo quadragesimo
octavo. Regni nri. Decimo nono. Presentibus
quibus supra

Suspatronatus ad Præpositura Lancicien. Magco Stanislao de Lasko Palatino Siradien dat

Stgismundus Augustus dei gra Rex Polonie &c
Significamus pūtibus literis quorum interest vni
uersis. Quod fidem et merita in nos Sereniss
dominum parentem nrm ac Rempublicam Ma-
gnifici Stanislai de Lasko Palatini Syradien et Ca-
pitanei Lancicien perspectam habentes. Ipsi Iuspa-
tronatus et praesentam ad Praeposituram Lancicien
pro vna vice tantum dandum et concedendum du-
ximus, damusque et concedimus pūtibus literis
nihil inri quod ad eam Praepturam Venerabilis
Andreae Czarnkowskij Praepositus Kuczn et
Scolasticus Cracovien, a dno olim domino parente
nro concessum habet derogando. Ita vt vacante ea
ipa Praepositura, morte, resignatione. Venerabilis
Joannis Tgonieczkij illius possessoris, vel alio quo-
cunque modo. Siquidem ad eam Venerabilis Andree
ab Czarnkowskij praebentatus non fuerit, liceat Ma-
gnifico Stanislao de Lasko, personam idoneam, ac
ordini Ecclesiae aptam ad eam praebentare. Quod
si vero Venerabilis Andreas Czarnkowskij ad eam
praesentatus fuerit, tum vacante illa, sive morte
ipsius Andreae, sive resignatione, sive ad Epatum
vel Archiepatum erectione, sive etiam permutatione
vel alia quacunque de causa. Hoc ipsum ius pūtandi
Magco Stanislao de Lasko salvum et integrum per
manere volumus. Ita quod non licebit ipsi Vene-
rabili Andreae Czarnkowskij, contractus quoscunqs
facere, etiam consensui nro accedēn, praeter ipsius
Magci Stanislai de Lasko expressam voluntatem
et expressum consensum. Quod si qui facti fue-
rint, eos pūtibus tollimus, abrogamus et anichi-
lamus. Sed ipse Magcus Stanislaus de Lasko
Palatinus vacante Praeptura praedicta quocunqs
modo superius scripto, debebit libere, absque omni

impedimento personam idoneam ad illam prebentare
Cuius ꝓtatum omnibus aliis anteferri volumus
Quod Rmo in Xpo patri domino Nicolao Arcgie-
piscopo Cracꝟ et pro tempore exnti Arcgiepo de-
nunciamus ac hortamur. Vt posteaquam Ll. tue
prefatus Magnificus Stanislaus de Lasko Lala-
tinus Sijradien et Capitaneus nr Lancicien̄sis
personam idoneam et statui Ecclesiastico aptam ad
eam Preposituram Lancicien̄ modo quocunque
vacantem presentaverit. Eam ad eam ipsam Pre-
posituram instituat et investiat, administratione
Spiritualium et regimen temporalium in eade
sibi committen̄, aliis a nobis non expectatis lite-
ris neque obstantibus aliis quibuscunque liter-
is, si quas in contrarium ꝓtium dederimus
quecunque illa sint, etiam si sint confirmatis co-
adiutorie vel unionis perpetue, vel alie quecuꝝ
quas ꝓtibus tollimus, cassamus et abrogamus
neque ullum robur habere volumus, nisi vaca-
te Prepositura predicta morte, resignatione vel
alio quocunque modo cuius sit quem Magnificus
Stanislaus de Lasko ad eam Preposituram presen-
taverit. In cuius rei fidem et testimonium Si-
gillum nostrum annullare quo m presentibus ut-
mur est ꝓtibus appensum. Datum Cracouie
feria tertia infra octavas Corporis Christi Anno
eiusdem millesimo quingentesimo quadrage-
simo octavo Regni nri Decimo nono

Ex mandato Reverendi in Xpo patris
Domini Sammelis Marzicowskij
Epi Cracouien et R. L. Cancellarij

Donacio Capitaneatus Lanciciensis Magnifico Stanislao de Lasko Palatino Syradien

SIgismundus Augustus dei gra REX Polonie etc
Significamus presentibus literis quorum interest
universis. Cum Magnus Stanislaus de Lasko Pa-
latinus Syradien, ad sua maiorumque suorum pra
clara in Rempublicam Regni nri dominumque no
stram Regiam merita, hoc etiam adiunxerit, quod in
legatione ea qua nomine olim dicti parentis nostri
apud Cesaream Catholicam etiam functus est
summa cum aliis illius maiestate ac Reipublice
Regni nri dignitate se gesserit, non sine magno ei
familiaq ipsius detrimento. Volentesq itaque hui
gra in eum extare testimonium. Ipsi Capitanea-
tum nostrum Lanciciens, cum omnibus ad illum
pertinen, damus et conferendum duximus, da-
musque et conferimus presentibus literis, ad vite
illius extrema tempora. Promittentes verbo no-
stro Regio, quod quamdiu ipse Magnus Stanisla-
us de Lasko vixerit, nunquam eum Capitaneat-
tu predicto privabimus, nulla unquam publica neq
privata de causa, sed eum in possessione ipsius
quieta ad finem vite illius conservabimus. Ex
cuius quidem Capitaneatus proventibus hoc anno
primo florenos quadringentos numeri et monete
Regni nri, solvere nobis, ac fisco nro inferre te-
nebitur pro festo
Cuius
quidem Capitaneatus possessionem quicumque

volnerit adeundi potestatem illi facimus. Quod
ipsum Generoso Floriano Komorowskij Capto
nostro Lancicien moderno, ac omnibus quorum
interest denunciamus atque mandamus. Vt
ipse quidem possessione ipsius Capitaneatus om;
nimque ad illum pertinen Magnifico Stanislao
de Lasko cedat: alii vero omnes illi in omnibus
quæ ad officium illius pertinent habeant, ac eñ
pro vero et legittimo Capitaneo Lancicien agno
scant pro grã nostra. In cuius rei fidem sigillum
nostrum annullare quo in præsens vtimur est
appensum. Datum Cracoviæ Sabbato intra Octs
Corporis Christi Anno domini Millesimo quin
gentesimo quadragesimo octauo Regni nri decio
nono

Rtio Rndi in Chro patris dñi
Sammelig Espi Cracovien rcp

Donacio oppidi Bolemow Ge
neroso Martino Volski Tribu:
no Cracovien

Sigismundus Augustus dei grã Rex Poloniæ
Significamus etc. Quod pro ea gratia qua Ge
nerosum Martinum Volskij Tribunum Cra
covien dini olim parentis nri Cubiculi præ
fectum propter eius, in dictum olim parentem
nrum merita, ipsi oppidum nrum Bolemow
ac prædium Cuzow cum villis et omnibus
ad illud pertinen, et vsum fructum illius liberũ
ad finem vitæ illius dandum et concedendu

duximus, damusque et concedimus presentibus
literis. Per ipsum Generosum Martinum oppidu
predictum cum omnibus utilitatibus ex eo pro
venientibus tenendum et quiete possidendum
ad extrema vite eius tempora. Quo ex hac vita
sublato ipsius oppidi possessio, omniumque ad illud
pertinentium ad nos redibit pleno iure, nulla
summa pecuniarum successoribus illius soluta
tu cuius rei fidem sigillum nostrum annullare
quo in pris utimur est fussimus appensum. Dat
Cracovie sabbato post octavas Corporis Christi
Anno domini M°. D°. Xxviii°. Regni nri xix°

R^tio eiusdem cuius sup

Donacio burgrabiatus Arcis Cracovien Generoso Augusti no Kothwicz

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quod cum Generosus Augustinus Kothwicz
a Serenissimo olim domino parente nro impe-
trasset. ut quicunque burgrabiatus in Arce nra
Cracovien vacasset illius possessionem ipse ac-
ciperet, atque eum ad vitae suae tempora obti-
neret. Mortuoque Generoso Ioanne Mezyk vac
casset burgrabiatus, neque ad eum diem ali-
cui collatus esset. Sed neque quisquam esset
qui ius se aliquod habere ad illum ostenderet
Nos Serenissimi domini parentis nri conces-
sionem ratam esse volentes, ac ipsius Generosi

Augustini Kotbwicz fidem et merita in ipsum Serenis-
simum dominum parentem nostrum atque in nos per-
specta habentes. Ipsi burgrabiatum prædictum cum
omni iure, ac omnibus ad illum pertinen dandum et
conferendum duximus, damusque et conferimus præ
sentibus literis, ad vita eius extrema tempora. Ita
quod ipse Generosus Augustinus Kotbsicz burgrabiatu
prædictum morte Generosi olim Mezik burgrabij
vacantem teneat et possideat, ac iurisdicionem bur-
grabij exerceat, omnesque prouentus, ad eum burgra
biatum ex antiquo pertinen percipiat, ad vita sua
extrema tempora. Quod Magco Petro Kmitha Co
miti in Bissnicze, Regni nri Supremo Marsalco, ac
Cracovien. Premislien, Scapubien, Colenbiqne Ca
pitaneo, et alijs omnibus quorum interest demuria
mus ac mandamus, Vt prefatum Generosum Au-
gustinum Kotbsiez pro vero et legitimo Arcib nre
Cracovien burgrabio habeant, eique de loco et redd
itibus ad predictum burgrabiatum pertinen respo
deant ac responderi faciant. In cuius rei fidem etc
Datum Cracouiæ

Rtio eiusdem cuius supra

Testimonium absentiæ a Regno Generosi Stanislai de Ostrorog

Sigismundus Augustus &c. Significamus pu-
blicis literis quorum interest universis. Quod Generosus

Stanislaum de Ostrorog ad imperatoria et Regiam Romanorum mtẽs ablegauimus. Qui cum Reipublica canba absit, nemini contra eum secundum Regni statutum actionẽs instituere, aut institutas prosequi licet. Quare omnibus et singulis Iudicibus Regnĩ nri, atque officialibus quicunque illi sint denuncia mus atque mandamus Ne quas causas. que contra Generosum Stanislaum Ostrorog instituta sint, vel institui debent iudicent, aut de eis cognoscere audeant. Tandiu quoad ipse ex legatione hac non redierit. Sub graui indignatione et animadnerbione alr non facturus. Datum Cracouie Dominico die post Octauas Corporis Christi. Anno domini. Mo. Do. xlviiio. Regni vero nostri xixo

Rtio eiusdem cuius supra

Donatio Staciomis annuæ ex Monasterio Mogilen Generoso Nicolao Mischkowski Structori

Sigismundus Augustus etc. Significamus tenore presentium etc. Quod pro meritis in nos aliqua in parte. Generosi Nicolai mischkowski Structoris mensæ nræ. Ipsi penbionem annuam seu stationem, ex monasterio Mogilen fisco nro inferri et solui pro festo Sancti Martini annis singulis solitam dandam et concedendam duximus, damusque et concedimus præsentibus nris literis, ad vitæ eius extrema tempora Quod Reuerendo patri domino Andreæ Spotg Epo Lodicen, ac alteri cuiuis pro tempore exĩti Abbati Mogilen

demnciamus atqie mandamus, vt de pensione prædicta sen statione, nemini alteri, quàm Generoso Nicolao Mi skowskij Structori mensæ nrã respondeat, eaqie illi integre persolvat: incipiendo a proximo festo sancti Martini, vsqie ad finem vitæ ipsius Generosi Nicolai Miskowskij. Nos vero quietacionem ipsius Gene rosi Nicolai de ea ipsa pensione factam, non minus ratam habebimus, haberiqie Officialibus Thesau rarii nri mandabimus, quam si a nobis facta fuerit In cuius rei fidem etc. Datum Cracouiæ feria qnta in octana Corporis Christi. Anno domini. M° D°. Xlviii°. Regni nostri Xi X°

Relatio Rudi m chro patris dñi Sammelis Epi, Crac et R.L. Cancellarij

Testimonium de cimeliis Seremissimæ Dominæ bonæ Reginæ Polomiæ

Sigismundus Augustus etc. Significamus pntibus literis quorum interest vniuersis. Quandoquidem dnus olim parens nr, Seremissima domina bona etc matri nræ colendissima, cimelia sine elenodia sua donare rat, ex quibus monile vnum cum Rubino nobis iam dedit. Spinellam vero daturam se nobis literis datis pro materno in nos amore pollicita est. Nos vicissim pro nra in ntem eius observantia: reliqua omnia cimelia sine elenodia, quæ ntas illius habet, a dno olim parente nro donata ad ntem eius tanqz illius propria pertinere testamur, neqie pro eis negotium

aliquod Alti eius a quocunque exhiberi posse. Alteraq; eius pro arbitrio suo ea dispensandi plenam habere potestatem, sola Spinella excepta, quæ ad nos mortua Alte eius C quod vt sero eueniat præcauimus J pertinebit. In cuius rei fidem sigillum nrum appendi iussimus manuq; ra subscripsimus. Datum Cracouiæ xi Iunij. Anno domini M°. D° xlviii°. Regni nri xix°

Concessio liberoru pascuoru Castri Mariemburgen in pascuariis Markussow et Libental Magco Felici Srzenski Palatino Plocen

Sigismundus Augustus etc. Significamus p̃tibus l̃ris quorum interest vniuersis. Quod volentes redditus Capitaneatus n̄ri mariemburgen̄, quos nunc magn̄us felix de Srzensko Palatinus Plocen̄, et Mariemburgensibus Plocen̄q; Capitaneus obtinet meliores reddere, ad ea quæ illi Liotrconia non ita pridem concessimus, hoc insuper addendum duximus, addicimusq; p̃tibus literis vt habeat pabena libera pro pascendis bobus in pabenariis Markussow et Libental, de quibus censibus annuis per quadraginta flor̄ solvitur, ac pasenarium quod Roggarty vocant ad pascendos equos eumdem, piscaturamq; liberam in hyeme et æstate in lacu Dambrowskie Jezioro, ac Vistula veteri et recta. Concedentes illi insuper, ligna quæ tota insula minor Mariemburgen̄ per integr̄ annu

ducere tenetur, ac gallos dacialeb omneb qui ex villa
Lichnow maior, insulæ maioriß, atqùe ex tabernis
eiusdem villæ singulis annis dantur. Quæquidem
omnia et singula. Magens Felix Srzenskij, tenebit ha-
bebit, pro vsu et necessitate sua, tamdiu quoad illi de
Capitaneatu, quem illi literis datis polliciti summus pro
nissum non fuerit. Quam concessionem suam Magco
Stanislao Kostshka de Stshembergk Palatino Lome:
rano. Terrarum suarum Prussiæ regebarum
ac Koluben, Lucen, Derschowengne Capitaneo de
munitionibus atque mandatum. Ut ed omnia Ma-
gnificum Felicem Srzenskij libere percipere ad-
eius vtifrui, iuxta has literas suas permittat pro gra
tia. In cuius rei fidem etc. Datum Cracouæ fe
quarta ante festum diui Antonij. Anno domini
M°. D°. Xviii°. Regni vero nri. XiX°

Rtio eiusdem eiusdem

Confirmacio Trarum aduitalita tis super oppidum Srzoda cum villis ad illud pertinen Generoso: rum Alberti, Christopheri et Petri Lempowskich

Sigismundus Augustus etc. Significamus presen:
tibus literis quorum interest vniuersis Cum

posnibbet nobis Rndus in Chro pater, dominus SA;
muel, Epus Craconien, Cancellarius Regni mei Sin;
cere nobis dilectus. Serenissimum dominum Sigis;
mundum, primum Regem Polonie etc parentem
olim nrum desyderatissimum non ita pridem en
in Zathor fnibbet. Generosis, Alberto. Christopgero
et Petro Lemporowskijm, filijs olim Generosi Ambro:
si Lemporowskij, et Nepotibus Magci Ambrosii de
Lempow Palatini Siradien. et Mariemburgen Sij:
Zdrcen, Comitiengnie etc Capitanei, nos vitalitatis
super oppidum nrum Srzoda et villas ad illud per;
tinen vczt Srzenicza Szabaszewa et Murzinowo, quas
in certis pecuniarum summis obtinent singuli corp
conscribic. cinsqne rei testimonium in Registris
Cancellarie nre extare. Quoniam vero diploma qd
a dno parente olim nro super ipsa bona fratres
prefati conscribm habebant, casu quodam corruptu
est. Supplicavit nobis prefatus Rndus dominus
Samuel nomine ipsorum, vt donationem eisdm
di a dno parente nro factam, ratam et firmam ha
bere: atque hoc ipsum diploma innouare, approbare
et authoritate nra Regia confirmare dignarem
Cuius quidem tenor est iste. Sigismundus dei gra
Rex Polonie. Supranus Dux Litguanie, Russie
Prussie, Mazouie etc dominus et hered. Signifi;
camus tenoribus literis quorum interest vniuersis
Quia nos adducti precibus quorundam Consilia;
riorum nrorum pro Generosis Alberto, Christophe;
ro et Petro Lemporowskij, filijs Generosi olim Am;
brosii Lemporowskij et Nepotibus Magci Ambrosij
de Lempow Palatini Sijradien, et Mariemburgen

Lyszdren, Cominen Capitanei etc ad nos factis, tum
ob preclara predictorum patris et aui eorum in nos
et Rempublicam Regni nri merita. Volentes illos
exemplo paterno ad bene de nobis merendum red de
re alacriores. Ipsos in possessione Ciuitatis nostrae
Srzoda et villarum ad eam ipsam pertinentium vgt
Srzenicza Sabaschowa et Murzinowo, quam in certa
summis pecuniarum inscriptam et obligatam obtinet
ita ut pater illorum predictus obtinebat conseruaremus
et conseruamus, ad vita Generosi Christoperi Lem-
powskij vltima tempora pntibus literis nris. Vro,
mittentes verbo nro Regio, pro nobis et Sereniss^mo
filio nro successoribusque nris, neminj bona superi-
us scripta ab ipsis nos redimere permittemus. Sed
neque nos, aut Sextumum filium nrum succes-
resque nros, ad fiscum, nemam, et alium quem
cunque vsum eadem bona redempturos. Verum
illos Ciuitate bar et villis superius scriptis quiete
vti frui, secundum lras et priuilegia ad eaipsa
bona illis concessa quamdiu vixerit Generosus
Christopherus Lempowskij frater illorum permis
simus. Post mortem aut illius, cum successoribus
summa bonorum superius scriptorum legitime
inscripta, numerata et soluta fuerit, tum demum
possessione illarum cedere tenebuntur. Juribus no
stris saltem interea manen. In cuius rei fidem et
testimonium sigillum nostrum pntibus est appe
sum. Datum in Zathor feria secunda, ante festum
dimi Joannis Baptistae proxima. Anno domini m°
quingentesimo quadragesimo septimo Regni vero
nri quadragesimo primo. Relatio Rndi in Chro
patris domini Sammelis Maczieiowskij Epi Crac

et Regni Polonie Cancellarij. Samuel Episcopus Cracoñen et R. P. Cancellarius ffft. Nos annuen supplicationibus ipsius Rndi domini Samuelis, Episcopi Cracoñen etc. Cupientesq̃ omnia ñra. quæ a Serenissimo olim parente ñro conrecta sunt firma et inviolata semper permanere. Diploma seu lras præfatas superius descriptas, innouandas, approbandas et confirmandas auctoritate ñra Regia duximus innouanda, quibus, approbamus ac confirmamus p̃ntibus lris ac robur debita firmitatis obtinere decernimus In cuius rei fidem et testimonium etc. Datu Cracouia feria quinta ante festum Sancti Viti proxia Anno domini M°. D°. xlviii°. Regni ñri xix°

Rx̃tio Rndi domini Samuelis Episcopi Cracoñen etc

Similes ac in eadem forma date sunt littera Generoso Petro Lemporowskij Anno et die quibus sup̃

Exempcio domus et horti in Casimiria Generosi Augustini Kotficz ab iurisdicione Ciuili

In nomine domini amen. Ad perpetua rei memoriam Solent Reges et Principes quorum memoriam volunt esse perpetuam ea monumentis literarum commendare. Quamobrem nos Sigismundus Augustus dei gr̃a Rex Polonie. magnus Dux Litwanie Russie Prussie, Mazouie Samogitie etc dominus

et hæreb. Significamus p̃tibus literis quorum interest
vniversis. Quod pro meritis in nos et dimum olim
parentem n̄rum Generosi Augustini Kotbsicz Curiæ
Quarum tenorem hic pro expressis habere
volumus, non aliter quàmsi de verbo ad verbum
insertus hic esset. Qua quidem omnia
tam in genere, quàm in specie, sancte et inviо-
labiliter observari nos, et in executionem sient
literis nris nos obligamus posituros nos
esse spondemus. Ac verbo nro Regio promit-
timus, et vigore iuramenti præstiti nos obliga-
mus: ipsum iuramentum, in omnibus eius
articulis et clausulis integrum conservando
Decernentes authoritate Comentus presentis
si quid aliquando regnantibus nobis, contra ea
ipsa iura, privilegia, libertates et immunitates
tam publicas quàm privatas factum fuerit qd
illud nullam vim habere, sed irritum et ina-
ne nullisque roboris esse debet. In cuius
rei fidem et testimonium manu nra subscri-
psimus, ac sigillum appendi iussimus Dat
Piotrcovia in Comentu gnali Regni tre-
decima Novembris. Anno domini. Mille-
simo quingentesimo quadragesimo octavo
Regni nri Decimo nono. Stilibus ut supra

Confirmacio Priuilegii super Aduocaciam in villa Stak kowka

In Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie: magnus Dux Litwanie: necnon terrarum CRaconie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiauie, Rubbie, Prubbie, Mazonie Samogitie. Culmen, Elbingen, Pomeranie q3 etc dominus et hæres. Significamus p̃tibus literis quorum interest vniuersis p̃tibus et futuris. Quod cum ea, quæ a Dno parente nro concessa sunt, rata et firma habere debeamus exhibitaque essent nobis litera Dni parentis nri Aduocacie in villa Staßkowka dona; cionem continen. Supplicatumq3 nobis est vt eas confirmare dignaremur. Quarum tenor est iste.. In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Solent Reges et Principes, quorum egregia merita in se agnoscunt, in eos ampliora gratie sue declarare testimonia, et ea ad posterorum noticiam, monumentis literarum commendata transmittere. Quamobrem nos Sigismundus dei gra Rex Polonie Supremus Dux Litwa; nie: necnon terrarum Craconie, Sandomiria. Syradie Lancicie. Cuiauie, Rubbie

Prussiæ Masoniæ, Culmen, Elbingen, Pomeraniæq
etc dominus et hæres. Significamus præsentibus
literis, quorum interest universis, præsentibus et
quibus postea futuris sint. Cum Generosus olim
Hieronimus Stabschkowskij, Cognatus nostræ
Præfectus, a prima ætate sua nobis serviens, magna
nobis fidei et constantiæ suæ dederit documenta, ple-
raq; de nobis meritus fuerit, nunquam se tamen
nobis ulla in eum gra declarandæ obtulit occasio
Verum cum Generosi Joannes et Stanislaus Staß-
korscegij Nepotes illius nobis supplicabbent, Vt
Advocaciam suam, quam in villa Stabschkowka
possident iure hæreditario dare illis dignare-
mur. facile illorum supplicationi assensi sumq
quod eam rem meritis patrui ac parentis illorum
debere nos existimaremus: quos vt ad bene de
nobis Serenissimoque filio nro merendq exci-
plo patrui ac parentis imitarentur. Ipsis Ad-
vocatiam prædictam, prius per Commissarios
nros, a cæteris bonis nostris villæ Stabschkowka
certis signis circumscriptam, distinctam et
distimitatam cum infrascriptis omnibus, qua
ex remissione Commissariorum nrorum, ad præ
dictam Advocatiam antiquitus pertinere co-
gnovimus et comperimus, ex assensu omnium
Consiliariorum nrorum, in hoc Comentu
plutium, dandam. donandam duximus: ita
ut damus, donamus, titulo perpetuæ et irreno-
cabilis donationis. Ad quam quidem donacom

nram, vczt Adnocatiam prafatam octolanei agri
planicieb tota alb nawsye: item prata omnia
ac pibcina omneb, in planicie prædicta bity, ac
molendinum in eadem villa, sylnaqz Czarnij
labb dicta ab antiqno pertinent. qnæ ab aliis bo
nis nrib villæ Staschskowka ita erat ab antiqno
distincta, et nunc per Commissarios nostros
circumscripta. Primo sczt limite sen signo in
ter agros in quibus residunt nunc Bartolome
us Soczawa et Martinus Thurek Coloni villæ
Qdictæ Stabelskowka. A quo limite sen signo
alia ac alia signa et limites protendumtur in
longitudinem vsqne ad fines et limitem villæ
Ostenßa qne est torrens quem potlsok vocant
et hec est ab ea parte villæ Stabczkowka longi
tudo agrorum Sculteciæ. In latum vero ab
eo torrente, vsqne ad limitem et graniciem in
ter villam Staschskowka et Thurza vbi signum
constitutum est in fine vallis et torrentis alb
potzoka in loco adiciori. A quo vbqz ad limi
tem qui Narozniik dicitur, qui est signum et
meta vltima latitudinis agrorum prædicto
rum protendumtur. Inde vero conversbo in lo
gitudinem signa sunt vsqne ad villam Staß
kowka, vbi signum est constitutum int agros
qnos nunc incolunt Michael Lotrawka et
Gallus Lekacz. In altera vero parte villæ in
meridie, eo modo ab agris nris. agri Scul;
tecia prædicta distincti sunt. Incipien sczt

a Vigon, qui est sittus inter agros, in quibus re-
sident Vrbanus Mijthko et Valentinus Krapa-
la. Quiquidem Vigon distinguit agros prædi-
ctos in longitudinem vsque ad granicies villa-
rum Brieszna et Sijedliska et Zborowijsze. In
latitudinem vero ab eo Vigon vbique ad agros
Alberti Sczerba limites producuntur. Ad qs
quidem prædicta Sculteciæ agros, etiam nonæ
ptica ats prentsij pertinent, qui sunt int agros
Colonorum vrorum villæ prædictæ sitti. Ac
primi quidem duo prentsij Stanislai Staroni
Sculteciæ prædictæ Coloni siti sunt int agros
Ioannis Iaroczkij et Martini Borek. Taber-
natoris vero eiusq Sculteciæ ibidem duo pren-
tij inter agros Martini Borek et Andreæ Vach
Andreas autem Russijn, eiusdem Sculteciæ
Colonus, tres partes ats prentsij, inter agros
Leonardi Voijth et Andreæ Voog. Postremo
Stanislai Mitek duæ ptiæ inter agros ple-
bani et Ioannis Mitek. Prata vero omnia
quæ ad eam ipsam Sculteciam pertinent
contigua sunt agris prædictis, quæ a pis eius
eiusdem Sculteciæ incepta protendnntur, in
latitudinem vsq ad fines et limites villæ
Moszenijcza, et ad prædictam sijlnam Czar-
nijlas dictam. Quæ quidem omnia et sin-
gula ipsi Generosi Ioannes et Stanislaus

Staschkowsczij et eorum successores. eam Scul
teciam prædictam, qua iam non amplius Scul-
tecia nomen obtinebit, in villa Staschkowka
Cum omnibus ad illam pertinen. jure hæredita
rio, tenebunt, habebunt et quiete possidebunt. Et
omni jure, proprietate et dominio, eaq3 dabunt
donabunt, mutabunt, alienabunt, vendent, et
in eos quos illis videbitur vsus convertent, nro
successorumq3 nrorum non requisito cosensu
neque omnio nris amplius in earpa Sculteciæ
aliquid nobis competet, quam quod nobis ad
villas hæreditarias Nobilium Regni nostri
competit. Liberantes Colonos Advocatiæ pre
dictæ ab omni jurisdicione Arcis nræ Bie
cen, a laboribus, quos statis anni diebus ibi
re ad Arcem prædictam consuenerunt perpe
tue et in æmum. Quos tamen labores pre
stare et obire tamdiu ad Arcem nram Biecen
debebunt, quamdiu illam Generosus Generi
mus Boner obtinebit. Quo ex hac luce sublato
aut per aliquam occasionem Capitaneatu Bie
cen cedente, tum demum Coloni Advocatiæ
in Stachschkowka a laboribus hujusmodi et
oneribus, secundum hocipsum privilegium
nrum liberi erunt: non aliter quam alio-
Nobilium in Regno nro Coloni. Ad quos
labores, per nullum Capitaneum nrum co-
gi debebunt neque poterunt. In cuius rei fi
et testimonium sigillum nrum presentibus

est appensum. Datum Cracouie in Comitio
ne generali, sabbato ante festum sancti valenti
ni. Anno domini. Millesimo quingentesimo
quadragesimo sexto. Regni vero nri Quadra
gesimo.. Presentibus Rmo et Reuerendis in
Christo patribus dominis. Nicolao Dzierzgowskij
Wladislauien, et Electo Archiepiscopo Gnezn
Legato nato et Primate. SAnnele Marzijerow
skij Plocen et Electo Cracouien. Andrea Zebrzij
dowskij Chelmnen, et Electo Wladislauien
Ioanne Dziaduskij Premisslien, Ioanne Dro
iowskij Camenecen et Electo Chelmnen. Be
nedicto Issbijenskij Electo Camenecen. Episcopis
Necnon Magnificis venerabilibus et Gene
rosis. Ioanne Comite in Tharnow Castellano
Cracouien, et Exercituum Regni nri Supre
mo, ac Sandomirien, Strien. Limbacgouien
Capitaneo. Petro Kmita Comite in Wisnicze
Cracouien. et Regni nri supremo Marsalco ac
Cracovien. Sceptusien, Premislien. Colenqie
Capitaneo. Ioanne Comite de Thenczin San
domirien, et Capitaneo Lublinen Telouien
Iannssio Liatalskij Poznanien et Gnieznadi
slauien Capitaneo. Stanislao de Lasko Syra
dien, Petro de Dambrowijcza Russia. et
R Adomien Cazimirienque Capitaneo
Andrea de Thanczin Lublinen et Capitaneo
Sniatinen. Raphaele Lieszinski Brzesten

Felice Srzenskij de Sokolowo Plocen, et Plocen
Mariemburgen qz Capitaneo. Ioanne Dzier.
gowskij Mazonia, et Capitaneo Varschovien
palatinib. Nicolao de Volia Sandomirien
et Serenissima domina coniugis nostra
Curia Magro, ac Sanocen. Lanczkoronen vi,
suew. Lomzenqie Capitaneo. Spitcone de
Charnow Bojnciew, et Regni nri thesau
rario, ac Siradiew Krzepicew, Brzezni censi
Krzeschowienqie Capitaneo. Martino Zbo
rowskij Calissiew et Capitaneo Odalano,
vien. Petro de Opalienicza Kuczuien, et Se
renissimi filii nri Curiae Magro, ac Costen
olstinen Krzinenqie Capitaneo. Stanislao
Macziejowskij Lublinen et Capitaneo Za-
nichostew. Senerino Boner Biecen. et Zuppa
rio Burgrabio, et magno Procuratore Cracо.
niew. Oswieczinen. Zatoriew. Biecen Rab
stinenqie Capitaneo. Bernardo Marzijcion
skij Radomiew. Iannbrio Koscielieczkij Bid
gostiew Castellanib. Andrea Cgarnkowski
Scholastico, et sede vacante Ecclesiae Ca-
thedralis Cracoview administratore, Jaco
bo Vchanskij Plocen Decano et Canonico
Crac et Referendario nro, Stanisl ao Ho
sio inrib utriusqz Doctore et Canonico. Joane
Przerembskij Canonicis Cracoview et Secre
tarus nrib, Ioanne Oczieskij Succamerario
terrestri Cracoview, Martino de Volia Tribu

no et Burgrabio Craconien. Cubicularii nri Rea,
fecto ac Thesaurario Curiae nrae, ac Zatroczimen
Bloxenqie Capitaneo. Valentino Dembienskij
Referendario nro, coeteribqie quamplurib⁹
Dignitarijs et Officialibus nostris fidedignis
Datum per manus praefati Reveren in Xpo
patris, Domini Samuelis Episcopi Plocensis
Electi Craconien, et Regni nostri Viceccancella;
rij. Sincere nobis dilecti. Relatio eiusdem
Reverend in Xpo patris Domini Samuelis
Epi Plocen, Electi Craconien et Regni nri
Viceccancellarij. Samuel Epus Plocen, electq
Craconien, et Regni Viceccancellarius &c. Qua
quidem donationem nobratam habentes li;
teras superius scriptas, in omnibus earum
punctis, clausulis et articulis, confirmadas
et approbandas ac innovandas duximus, co;
firmamusqie et approbamus ac innovamus
putibus literis, robur firmitatis perpetua ha;
bere decernen. Et ut mains nra, in ipsum
Ioannem Stabelskowskij gra extet testimo;
nium. Jubpatronatus quod nobis pro sorte nra
in ipsa villa Staßkowka pertinet. Jpsi et suc
cessoribus suis. dandum et donandum duxi;
mus, damusqz et donamus putibus literis
tandiu quoad sortem praedictam nram villa
Staßkowka possederit, et successores ipius
possederint. Salvo tamen jure patronatq quod

ipsi Ioanni Staßkowskij pro sorte sua hereditaria villa Staßkowka pertinet. In cuius rei fidem et testimonium sigillum nrum p̃ntibus est appensum. Datum Liotrconie in Comentione gn̄ali feria secunda ipso die festi sancte Elizabethe, Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo octauo. Regni vero nri Decimo nono. Presentibus Reuerendissimo et Reuerendiss in Christo patribus dominis. Nicolao Dzierzgowskij Archiepiscopo Gnesnen Legato nato et primate, Samuele Maczieiowski Craconien et Regni nri Cancellario. Andrea Zebrzidowskij Wladislauien, Ioanne Dziadu; skij Przemisliens. Ioanne Droiowskij Chelmen Episcopis. Necnon magcis, Venerabilibus et Generosis. Ioanne Comite in Tharnow Castellano Craconien, Exercituum Regn̄ nri Supremo, ac Sandomirien, Strien, Lubarzo; uien̄que Capitaneo, Petro Kmita Comite in Wisnicze Craconien, et Regni nri Supremo Marsalco, ac Craconien, Siepuscien Przemisliensi Colen̄z Capitaneo. Ioanne Comite de Thanczin Sandomirien. Curie nre Marsalco, et Capitaneo Lublinen Lelonien que Iaroslio Liatalskij Poznanien et Iuuinola distanien, Capitaneo, Stanislao de Lasko Syradien et Capitaneo Lancicien, Petro de Dambronij cza Rubbia, et Radomien Cazimirien que Capitaneo. Andrea de Thanczin

Lublinien, et Capitaneo Sniatinien. Raphaele
Lieszczinskij Brzestew. Ioanne Dzierzgowskij Ma-
zouia et Capitaneo Varschouien Palatinis. An-
drea de Gorca Posnanien. ac maioris Polonie
generali et Bruscen Capitaneo. Spitcone de Tar-
now Cracovien et Regni nri Thesaurario, et
Krzepicen, Brzeznicen, Krzeschowienque Ca-
pitaneo. Martino Zborowskij Calissien et
Capitaneo Odolanowien. Stanislao de Thar-
now Zamoschoscen et Capitaneo Sieradien Ni-
colao Starzechowskij Belzen et Drohobicen
Capitaneo Castellanis. Ioanne Krzyzanowskij
Preposito. Andrea Czarnkowskij Scolastico, Ja-
cobo Vchanskij Plocen Decano et Canonico et
Referendario nro. Stanislao Hosio Iuris vtri-
usque Doctore et Canonico Cracovien Secreta-
rijs nris. Valentino Dembienskij Referen-
dario nro, coeterisque grampluribus Digni-
tarijs et Officialibus nris fidedignis. Datu
per manus prefati Reuerendi in christo patris
Domini Stanislai Epi Cracovien, et Regni
nri Cancellarij Sincere nobis dilecti

Lecti
eiusdem Reuerendi in Chro
patris Domini Stanislai Hosij
iowskij Epi Cracovien et Regni
Polonie Cancellarij

Tu[s]patronatus ad quam
cunque Manſionariam m
ecclia Catedrali Plocen
Dommo Samueli epo Cra
couien et Ioanni Landtse
Pharmacopolæ Plocen dat

Sigismundus Augustus etc. Significamus
presentibus literis quorum interest vniuersis
Quandoquidem dnus parens nr. Reue-
rendo in Chro patri domino Samueli Epo
Cracouien et Regni nri Cancellario Sin-
cere nobis dilecto et Famato Ioanni a Lan
dtsse Pharmacopola Plocen ex certis can-
nimum Altis illius momentibus. Jus patro
natus seu presentandi, ad quamcunqz Man-
sionariam in Eccl[i]a Cathedrali Plocensi
morte vel cessione aut quacunque alia ra-
tione vacan pro vna vice tantum vtriqne si
mul vel eorum singuli seorsum cocesserit
Nos quoqne in eaipsa donatione, per dimm
parentem nrum facta, conseruan eos dnxi
mus: ita ut conseruaumus presentibus lris
Dantes illis potestatem quamcunqz persona
Ordini Ecclesiastico idoneam, ad Mansiona-

riam quamcunq3 in Eccl̃ia prefata, morte ma-
sionarij aliemins vel cessione, aut quacunq3
alia de causa vacan vtrique sinnl vel singu-
li cornm seorsim, ac pro vna dumtaxat vice
p̃sentandi. Quam quidem donationem
nram ac dicti parentis nr̃i. Reuerendo in Chro
patri domino Andreae Episcopo Plocen, et pro
tempore existen Epis Plocen, coeteris3q3 quo-
rum interest denunciamus, hortamurq3
Vt cum supra nominati: Reverendus in
Chro pater dominus Samuel Cracovien
Episcopus, et Famatus Joannes a Landtsee
ad quamcunq3 Mansionariam in Eccl̃ia
Plocen quocunq3 modo vacan, cuius collatio
ad nos de jure vel consuetudine, aut quacunq3
alia ratione pertineat, personam idoneam pre-
sentauerint, aut alter eorum presentauerit
eam instituat et investiat: non expectata
alia putacione nra: nec obstantibus priori-
bus literis nris, si quas alias quibuscunq3
ad quamcunq3 Mansionariam Eccl̃ia
prefata concesserimus, vel in posterum co-
cedemus, quibus hac in re derogamus, dero-
gariq3 qu tamdiu volumus, donec nra
presens donatio effectum sortiatur sum
Volentes utis quem pdicti Reverendus in Chro
dominus Samuel Cracovien Episcopus

et Fundus Joannes a Landtsse pntauerit
aut alter eorum praesentauerit, omnibus aliis
in assecucione Mansionaria eminsemq3 in
Eccl[esi]a praedicta anteferatur, quem et nos iis
vris anteferimus literis. Harum quibus s[ig]
illum vrum est subappensum testimonio
literarum. Datum Piotrcouia in Comen
tu gnali Regni, feria quarta ipo die festo
Praesentacionis Mariae. Anno domini Mil
lesimo quingentesimo quadragesimo octa:
no. Regni vero vri Decimo nono

Rctio Rudi in Chro prio etc

Permissio ligna mciden in Siluis Dobrostam Alberto Lisowski et colonis villae Brathkouicze

Sigismundus Augustus etc. Significans etc
Quod etsi per dimum parentem vrum, Gene
roso Alberto Lissowskij Capitaneo vro Gro
decem et successoribus illius: ac Colonis vil
lae Brathkouicze in terra Leopolien sita, pro
meritis eius in dictum parentem vrum, libe
ra potestas inciden ligna, in silvis vris

Dobrostanij Præfectura Grodecen concessa
fuerat: ita vt ipse successoresque illius
ex curia, quam in ea ipsa villa habet, ac Colo-
nis eius omnes villæ prædictæ ligna pro vsu
et necessitate domestica ac virgulta, palos pro
sepibus faciendis libere in sylvis nris cujus
scriptis incidere et educere possint et valeant
temporibus perpetuis. Quia tamen potestas
hæc ipsi et successoribus illius colonisq3 vil-
la prafata limitata fuerat, et non passim
sed in ijs locis tantum qui illis per Capita-
neos nros Grodecen pro tempore existentes
et in absentia Capitaneorum per Vicecapita-
neos designati essent ligna eiusmodi in vsu
proprium domesticum in sylvis nris incide-
re. Veritus ne ea res in posterum difficulta-
tem ipsi vel successoribus ipsius pariat. Sup-
plicauit nobis per certos Consiliarios Regni
nri. Vt quibus in locis subditis nris villa Do-
brostani, in sylvis nris prædictis incidere li-
gna permissum est: in iis et ipsi Generoso
Alberto Liebowskij successoribusq3 eius, ac
colonis villæ Bradkonijcze incidere et enece-
re ligna permittere dignaremur. Nos vero
et meritorum ipsius Generosi Alberti Liebow
skij, domini parenti nri exhibitorum, et preces
Consiliariorum nrorum, pro eo apud nos in-

terpositam, habentes rationem, consentien in
eam rem et permittendum illi et successori-
bus illius, colonisque prefatis villae Bradko
wiecze duximus, ita ut consentimus et per
mittimus putibus. Dantes ei, successoribz
et Colonis prefatis potestatem tigna in sij-
nis uris Dobrostanij prefectura pranomina
ta vbiqz, vbi ipis colonis uris villae Dobrosta
nij incidere ab antiquo concessum est, seccan
inciden et enecgendi, iuxta priores literas
dni parentis uri, quas nos in robore conser
vantes et confirmantes putibus. Decer-
nentes eas robur debita et perpetua firmi-
tatis obtinere debere. In cuius rei fidem etc
Datum Piotrcouia in Conuentu quali Regni
feria quarta ipso die festo Trabentacionis Ma
rie. Anno domini M°. D°. Xlviij°. Re
gni vero uri. xix° xx°

Rtio eiusqz cuius sup

Consensus Catherine Mole
dinatrici Boliemouiensi
datus redimendi tertiam
mensuram molendini Bo

liemonien, de manibus reliquorum omnium et singulorum. ad eandem tertiam menbrum interesse aliquod habentium. Litera extradita in forma solita Cancellarie. Dat Piotrcovie in Comiciis generalibus feria sexta die sancti Clementis. Anno domini M°. D°. XLviii°. Regni vero mei xix°

Rtio eiusdem supra

Adquitalitas super molendi

num Boliemonien seu eius tertiam menbrum, eidem Catherine Molendinatrici ac eius filio Stanislao data, ita vesst quod de possessione eiusdem molendini. seu eius tertia menbra a nemine redimi possint etiam pro menbra, nisi et necessitate Regia propriis pecuniis. Derogan omnibus literis Regiis, si qua per oblivionem aut alienius importunam instantiam ad redimen hoc ipsum molendinum concessa fuerint. Litera data in forma Cancellarie solita Dat die et anno quibus supra

Rtio eiusdem sup

Libertacio medii manli agri

pro pauperibus m xenodochio Boliemouien degentibus empti

Sigismundus Augustus etc. Vniuersis et singulis quorum interest manifestum facimus Quod nos certis et legittimis rationibus et causis, animum nrum Regium mouentibus q addicti. Vnum medium agri mansum sen lanum, per Venerabilem Ambrosium Ruz kij Artium et medicinæ Doctorem Canoni, cumque Lociscien, inter agros Oppidanorum Boliemouien emptum, ac Xenodochio Bolie mouien, pro substentacione pauperum, in eo degentium inscriptum et donatum, ab om nibus et singulis, nullis penitus exceptis tam pecuniariis quam frumentariis, solu, cionibus, censibus, pensionibus, tributis da cis, laboribus, et quibuscunque oneribus et angariis, nobis aut nris Officialibus quomo dolyt solui et pendi debitis et consuetis, libe rum ac immunem faciendum putauimus ita ut facimus et pronunciamus perpetue et in æuum hisce literis nris. Quocirca Generoso Martino Volstkij Capitaneo Bolie mouien puti, ac cuicunque alteri pro tempe

existenti id denunciamus atque mandamus
ut hanc nram libertatem xenodocgio Bolie;
monien per nos factam. firmiter manutene;
atig et conservetis. ac ab aliis conservari et
manuteneri inbeatis. Sub fide vra et gra
ura aliter non facturi. Harum testimonio
literarum quibus sigillum nrum est appen;
sum. Datum Piotrcomia in Comicijs genera;
libus die Sancti Clementis. Anno domini
M°. D°. xlviii°. Regni vero nri xix°

Ad mandatum domini Regis cum clausula Supra

Decretum inter Oppidanos Robezicen. et Pilznen occasione Poduodarum

Sigismundus Augustus etc. Significamus presentibus literis quorum interest vniuersis Quod cum Oppidani Robezicen. vocabbent in Iudicium nrum Oppidanos Pilznen propterea quod Equos Podnodorum, pro vsu et necessitate nra ac Reipublicæ dare nollent, atque eam ob rem ipsi longius Poduodarum equos dare cogerentur: quo termino adnenien Pil; Zuen Oppidanorum nomine producta sunt

coram Officialibus Curiæ nræ Dñi Wladislai
Regis litera, quibus oppidum ipsorum a pcd
nodis præstandis exemptum est, ac dñi paren
tis nri litera, in vim decreti illis concessa, qui
bus eam ipsam immunitatem comprobavit
Verum cum in earum literarum vsu nunq3
Pilznen oppidanos fuisse Ropczicen affirma
rent: nosque ita esse ex fidedignorum ho
minum testimonio, atque etiam ex ipsorum Pil-
znen confessione comperissemus. Quando;
quidem vtraq3 pars a nobis petijt, vt decreto
nro, eam ipsam controuersiam diximeremq3
re diligentius expensa, decernen duximus
decernimusq3 presentibus literis. Oppida-
nos Pilznen, aque ad Podnodas dandas te-
neri, ac alios subditos Regni nri: neq3 de-
cretum dñi parentis nri prodesse illis de
bere. Quandoquidem hinc priuilegio mitu;
tur, quo memoria hominum nunq3 vsi sunt
Oppidanos aut Ropczicen non vlterius quam
ad oppidum Pilzno Podnodarum (quos da
re teneri. Cæterum impensas in litem ut
vtraq3 partes pensamus. Hac nra senten;
tia mediante. In cuius rei fidem etc.
Datu Piotrcouiæ in Conuentu quali Regni
sabbato an festum sanctæ Catherinæ pro;
xmo. Anno vt supra

Rtio cuius supra

Decretum inter Præpositu Miechouien et Nicolaum St Ha, niosch oppidanu Przedborien

Sigismundus Augustus etc. Significamus presentibus literis, quorum interest vniuersis Cum vocasset in Judicium virum Venerabile Joannem Miechouien Prapositum. Honestus Nicolaus Staniosch. oppidanus in Przedborien in terminoq3 hodierno ex cittacione proniem vtraq3 parte compariebat. Nicolaus q9 Staniosch per se. Prapositus vero per suum Procuratorem, atque contra eum proponiebat Nicolaus Staniosch. Quod factor ipsius Prapositi Nobilis Joannes Kossowskij Currum ipsius sale oneratum, ac equum et triginta florenos pecuniæ per vim in via libera sibi ademisset, et cum ab eo iusticiam ministrari sibi peteret nihil se impetrare ab eo potuisse Procuratore Præpositi negante, pecuniam aliquam ademptam Staniosch esse. Currum tamen sale oneratum, ac vnum equum retentum propterea, quod per agrum consenuinatum proficiscerentur. Nos vero auditis vtriusq3 partis propositis et responsis: ex sniia Consiliariorum nrorum et Curiæ nrisq3

ritorum, decernen duximus, decernimusq3 pre
sentibus literis. Vt ad primam requisicionem
ipsius Staniosch currum cum sale ipsi Staniosß
restituat. Ita ut nihil illi desit earum rerum qß
acceptas sibi tunn cum retentus Equus cum
curru fuerat legitime docuerit. Pecunia predi
cta triginta flor⁹ excepta, de qua si Factorem
predictum inuulpare voluerit, debebit Factor
ipse apud Officium Zarnowien subiurandu
cum testibus secundum iuris formam presta
re quod eiusmodi pecuniam neque ipse acce
perit, neq3 acceptam esse a quopiam sciat. Equm
etiam reddere Prepositus ybi Staniosq de
bebit: ita tamen vt si vitiatus vel exhaustus
aut macer fuerit, equum sibi Prepositus reti;
neat: instum autem pretium prefato Sta
niosq pro eo persolvat. Damna autem et
impensas quas prefatus Staniosq dum res
sibi acceptas extorquere conaretur impendit
idem Prepositus Nieszowien, prout Iudicum
Zarnowien decreuerit, eidem soluere debebit
ac tenebitur. Hac mea sententia mediante. In
cuius rei fidem et testimonium sigillum
nostrum putibus est appressum. Datum Piotr
kowia in Conuentione quali feria tertia post
festum sancte Catherine. Anno domini m°. d°
xlviii°. Regni nri xix°

R-tio cuius supra

Ratificacio Trarum pro ci uibus de magna Opathow

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei me, moriam. Quoniam acta hominum facile in, tereunt, nisi literarum monumentis ab obli, vione vendicentur, ac veluti per manus poste, ritati tradantur. Quapropter nos Sigismun, dus Augustus dei gratia Rex Polonie: ma, gnus Dux Lituanie: necnon terrarum Cra, conie, Sandomirie, Sijradie, Lancicie Cuia, nie, Culmen, Elbingen Pomeranie, Rubbia Prubbie, Masouie, Samogitie etc dominus et hered. Significamus presentibus literis quo rum interest universis, qui nunc sunt et qui postea futuri sunt: Exhibitas coram nobis literas dilii parentis uri infrascriptas. Sup, plicatumq3 ut eas approbare, confirmare et in, novare dignaremur. Quarum quidem lite, rarum tenor, de verbo ad verbum sequitur et est talis. IN Nomine domini amen. Ad per, petuam rei memoriam. Nos Sigismundus dei gra Rex Polonie: magnus Dux Lituanie necnon terrarum Craconie, Sandomirie Sijradie Lancicie, Cuianie, Rubbie Prus, siaq3, ac Culmen, Elbingen et Pomeranie etc dominus et hered. Significamus tenore

putinm vniuersis et singulis putibus et futuris presentinm noticiam habiturib. Quia habens bonam consideracionem benemeritorum magnifici Christopheri de Schidlowiecz palatini et Capitanei Craconien Regnique nri Cancellarii Sincere nobis dilecti, quibus se nostre ditti Regie et Reipublice magnopere commendatum effecit, et ut alcius merita non repetamus, hic est vnus, qui a primis Cvt annis Jvuenabulis nobiscum crescens ita nobis fideliter seruiuit et seruit, ut merito cum nra benignitate Regia complectamur, et vbiqz virtutis sua testimonia reddamus. Cu igitur nobis foeliciter regnantibus, idem Christopherus de Schidlowiecz, magni Opatgow in terra Sandomirien sitti, dominus et Heres factus est, Omnes eius, suorumqne Hæredu subditos, eiusdemque status sint, prafatum oppidum magni Opatgow ingabitantes, prasentes et futuros, ab omnibus et singulis tgeloneis pontalibus et aggeralibus nris, per vniuersum Regnum nrum generaliter et singulariter, nono tamen tgeloneo salvo semp durante, ex certa scientia et gratia Regia, exemendum liberandum et absolvendum duximus, eximimusqz absoluimus et liberamus perpetuo tenore putinm mediante. Quo circa vobis vniuersis et singulis dignitariis, Officialibus, ac eorum Factoribus et

Substitutis, his nris committibus et mandamus
quatenus prenominatos incolas et oppidanos
Opathovien et quemlyt ex eis in hac libertate
de non solvien theloneis pontalibus et aggera-
libus omnino conservetis et conservari curre
tis. Sub grani indignatione nra secus facere
non ausuri. Quorum in fidem et testimoniu
sigillum nrum presentibus est appensum. Dat
Cracovie feria secunda in die omnium San
ctorum Anno domini. millesimo quingente-
simo Decimo Octavo. Regni vero nri, anno
undecimo. Presentibus. Rndis in Xpo
patribus dominis. Joanne Cracovien, Petro
Przemislien et Regni nri vicecancellario
Episcopis. Necnon Magnificis Generosis et
Venerabilibus Christophoro de Schidlowiecz
Palatino et Capitaneo Cracovien ac Regni
nri Cancellario, tum Siradien. Sochaczovien
Rostinien et Nove civitatis Korczyn capi-
taneo. Andrea de Olsanczin palatino Lublinen
Nicolao de Schidlowiecz Castellano Sandomi
rien et Regni nri thesaurario. Joanne Za-
remba de Calinowa Palatino Calissien. Sta-
nislao de Chodecz Capitaneo Leopolien et
Marsalco Regni nri. Petro Kmita de Wi-
Bnyczy Capitaneo Przemislien et Curie no-
stre Marsalco. Joanne Liatalskij Cuczyen Cra-
covien. Lancicien et Ecclesiarum Preposito

Ioanne Carnkowskij Praepósito Scarbimirien
et Canonico Craconien. Andrea Krzyczki Sco
lastico Poznanien, et Canonico Craconien, Sta
nislao Czarlo Archidiacono Lublinen et Ca
nonico Craconien Secretariis nris. Petro Zbo
rowskij Incisore Regni nri. Stanislao Chro
berskij Subpincerna. Sylvestro Ozarowski
Succamerario, Derslao Szalińskij Curiae nra
et aliis quamplurimis Dignitariis, Offici
alibus et Curiensibus nris, ad praemissa
testibus fidedignis Sincere et fidelibus
dilectis. Datum per manus Reuren in
Chro patris domini Petri Epi Premislien
et Regni nri Vicecancellarii. Sincere no
bis dilecti. Relatio Reuren in christo pa
tris domini Petri, Episcopi Premislien et
Regni Poloniae Vicecancellarij. Letrus
Episcopus et Vicecancellarius [illegible]. Quas
quidem literas hic inscriptas, omniaque et
singula in eis contenta, nos rata et grata ha
bentes, illa authoritate nra Regia approba
mus confirmamus et innovamus
approbamus quoque confirmamus et innovamus
putibus literis. Decernen ea robur debita
et perpetuae firmitatis obtinere debere. In
cujus rei fidem et testimonium sigillum
nrum putibus est appensum. Datum Piotr
coviae in Convention generali Regni feria

tertia post festum Sancta Catherina prima
Anno domini Millesimo quingentesimo qua-
dragesimo Octavo Regni vero decimo nono
Partibus quibus supra

Relatio eiusq nt supra

Thesaurariatus Brzesten

offitium datum est Generoso Anzelmo Chalin-
skij, post mortem Generosi Floriani Komorowskij
Piotrconia feria secunda postridie Dnorum Si
monis et Jude Apostolorum Anno domini M°
D°. XLviii°. Regni vri X~X°.

Relatio eiusd supra

Donacio seu consensus cum aduitalitate super Aduoca ciam in oppido Trembowla Nobili Alberto Liudzicz3ki

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quod adducti precibus quorundam Consilia-
riorum nrorum, pro Nobili Alberto Liudziczkij
apud nos diligenter factis. Ipsi Aduocationu
in oppido nro Trembowla, quae morte Nobilis
Matejca ad nos iure caduco per-

neniſſe dicitur: dandam et donandam duxi-
mus, ita ut damus et donamus putibus lite-
ris, ad vitæ ipſius extrema tempora: quatenꝯ
tamen de iure Advocacia prædicta ad nos
pertineat. Alioquin conſentimus et admi-
mus eidem Nobili Alberto Lindzieczkij. Ad-
vocaciam prænominatam, de manibus ſuc-
ceſſorum eiuſdem Matſie quorumcunꝯ
quorum nomina et cognomina hic pro ex-
preſſis habere volumus, in ſumma pecunia-
rum in ea ipa Advocacia iuſte et legitime
literis originalibus deſcripta, vel indicio
Commiſſariorum nrorum æſtimata redi-
mere, conſentimusꝯ et admittimus hiſce
literis nris. Ipſum Albertum Lindzicz-
kij Advocatiam præfatam, cum omni iure
dominio et vſufructu, cum omnibus ad
eam ex antiquo pertinen, tenendam, ha-
bendam, poſſidendam et vtifruendam pa-
cifice et quiete, ad extrema vitæ eius tem-
pora. Promittentes verbo nro Regio, pro no-
bis et ſucceſſoribus nris, quod quàm diu
ipe Albertus Lindzieczkij vixerit, nemini ſub
ditorum nrorum, cuiuscunꝯ ſtatus condi-
cionis, dignitatis et præeminentiæ fuerint
Advocaciam ipſam redimere permittemus
Sed neqꝫ nos pro nobis, fiſco, vel alio quo-

cunqne vsu et necessitate nra Regia, pecuniis
nris propriis redimemus, neqz successores
nri rediment. Verum ipsum Albertum in pue
ta et pacifica, Advocacia predicta possessione
ne conservabimus, successoresqz nri con
servabunt, ad vita eius extrema tempora
Sublato vero prefato Nobili Alberto Lndzicz
kij ex hac luce, cum summa successoribus
illius in redempcione Advocacia superius
nominata expobita soluta et numerata fue
rit, possessione eiusdem cedere nobis tene
buntur. Juribus nris salvis semper perma
nentibus. Non obstantibus quibuscunqz lris
nris. si qua sive per oblivionem nram. sive
per importunam aliculus instanciam pre
sentibus in contrarium ex Cancellaria nra
emanaverint, quas nullius momenti esse
neqz quicquam vbi Alberto eas obesse posse
volumus et decernimus. Harum quibus in
fidem et testimonium, sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datum Piotr
covie in Commemcione Regni feria
quarta, ante festum sancti Andrea Apostoli
proxima Anno dni M°. D°. Lxviii°. Regni
nri xix°

Rtio eiusdem vt cum

Inscripcio certoru bonorum per Petrum Kiziczki Generoso Adamo Drzewicski

Sigismundus Augustus etc. Significam etc. Q Comparens personaliter cora Mte nra. Generosus Petrus Kiziczky de Kij Zicze et Russinicze, sortium suarum gre: reb: sanus mente et corpore existens: re' cedens a terris et districtibus suis quibus nis, et se huic nrisdicioni nra incorpo rando, palam, sponte libere et per expres: sum recognouit. Quia omnia bona sua hereditaria, vcgt totas et integras sortes sas hereditarias in villis Russinicze Chelsti, Sztuczyn, Miesliborz. Subsecium Zarnowien. et miniera dicta Magor. ymm quoqz iure hereditario spectan. Cum to: tali ipsarum sortium hereditate, ac om nibus et singulis utilitatibus. fructibus censibus, prouentibus. qualiter vnuersis nullis exceptis, ex antiquo ad dictabo: na spectan. Cum omni iure, dominio, et proprietate tituloqz hereditario. Et

ita late, longe, ac circumferencialiter, prout
prefatorum bonorum hereditas se in suis
metis et limitibus extendit: prout eadem
bona solus tenuit, habuit, et possidebat. Ni-
hil iuris dominii et proprietatis sibi et
suis successoribus, in eisdem bonis penitus
reservans. Quocirca Ada Drzewiecki in
Drzewicza heredi Secretario nro et eius
posteris dono perpetua et irrevocabilis dona-
cionis, dedit, donauit, et inscripsit, ac exmunc
coram nobis in perpetuum resignauit, prefa-
ta bona modo premisso donata, per prefatum
Adam Drzewiecki et eius successores tenen
haben. possidend. Cum omni iure dominio
et proprietate, et cum omnibus et singulis
utilitatibus qualiter vniuersis. Ita quod ge-
neralitas specialitati, et econuerso in nullo
deroget. Debetque prefatus Petrus Cizicki
ac se suosq; successores, super omnibus bonis
suis, per eum in Regno Poloniae vbicunq; lo-
corum habitis et habendis occasione prefato-
rum bonorum taliter donatorum, prefatum Adam
Drzewiecki et eius posteros ab omnibus im-
pedimentis et damnis quarumcunq; personarum
statuus, sexus, et conditionis existen
a lucris perlucris quibuscunq; in prefatis bo-

nis quomodolzt et a quacunqz persona perduct
et perducen, luceratis et lucrandis, cittacioni;
bus et concittacionibus importatis et impor:
tandis. Ac à quibusuis violenciis tueri eli;
berare, emuncere, ac vbilibet inxta uris for:
mam indemnem reddere: bonaqz prædicta
libera et munda facere, sub damnis terre stri
bus ad simplicem abbercionem verborum
ipsius Ade et eius successorum. Insuper præ
fatus Petrus Kiszczkij, se et bnos bucce660;
res inscribit et obligat Generosam Annam
Maczierzinska, conbortem bnam legittimam
ad acta terrestria Varschonien. ad primos et
proximos terminos terrestres Varschonien
ant actorum terrestrium Varschonien pbicio
nem quod horum Varschonia prius fuerit ce
lebratum adducere et statuere, quæ adducta
cum conbenbu amicorum ex linea paterna
sibi proximorum prout ius subcceperit debebit
ac tenebitur super omne ius suum, quodcunqz
a præfato marito suo habuerit in præfatis bo:
nis sibi inscriptum super hanc inscripcionem
putem donatoriam consentire: reformacionemqz
suæ dotalicialj sive alteri cuiuis, cum con;
senbu amicorum suorum ut præfertur reuun
ctiare, ac omni iuri suo cedere, et in per;
sonam præfati Adæ et eius successorum

transfundere, et in forma iuris et consuetu-
dinis terrestris, prout ipsi Ada melius vide-
bitur inscribere. Et nichilominus prefatq
Nobilis Petrus Kiszczkij et sui posteri, sub
eisdem dominis terrestribus hanc inscripcio-
nem tenebitur meliorare et similem coram
quibuscunque actis recognoscere, iuxta volu-
tatem et arbitrium prefati Ada Drzewiczkij
si et in quantum indigerit, et hoc ab eo habere
voluerit, ad ipsius Ada Drzewiczkij requisi-
cionem. Etiam exunc prefatus Petrus
Kiszczkij in prefata bona taliter ipsi Adam
donata, dat et dedit realem introniszacionem
et effectualem possessionem, per Ministeria-
lem terrestrem quemcunque sibi ad intro-
mittendum de iure additum elegerit. Que
quidem bona prefata taliter donata prefatq
Adam cum suis posteris, tanquam verus et
legittimus hæres, tenebit habebit et posside-
bit perpetue et in anum. Et nihilominus
prefatus Adam Drzewiczkij debebit et pote-
erit tanquam hæres bonorum prefatorum
suis propriis pecuniis Magnificum Marti-
num Zborowskij Castellanum Caliszien
de prefatis bonis modo obligatorio sibi per
prefatum Petrum Kiszczkij cum fratribus
suis inscriptis exemere. Qua quidem

omnia præmissa superius expressa, in parte et
in toto præfatus Petrus Kiziczki cum suis posteris
complere tenebitur, sub damnis terrestribus, præ
fato Adam et eius posteris, ad simplicem ipsius
Ida Drzewiczki, et eius successorum absercion
sine corporali iuramento ad solucn succumben
Et si præfatus Petrus Kiziczki cum suis posteris
se occasione præmissorum superius, tam in pte
quàm in toto non exequutorum in presenti in,
scriptione expressorum ad quodcunqz ius Regni
citare permiserit, aut successores permiserint
Extunc in primo termino tanquàm peremptorio, stare parere et respondere ac pro præmissis satisfacere. Non enadcn pena trium marcarum, sed simpliciter damna terrestria, ut superius præmissum est. ipsi Adam et eius posteris, ad solucn succumbend. Nullis modis exquisitis, nec inuentis remediis excogitatis, ipse et eius posteros, neqz præscriptione terrestri pro præmissis enadcn, dilationes nullas faciendo. Generaliter omnibus iuris remediis renunciand. Immo quicquid sibi in auxilium recipere cum suis posteris voluerit, eo ipso cam, dam suam in perpetuum perdat et amittat
Et nihilominus dictis damnis terrestribus vltra
puti inscriptioni et contentis in ea satisfacere
tenebitur toties quoties opus fuerit. Quam
quidem recognicionem et inscriptionem, nos
ratam habentes, ipsam authoritate nra Regia

approbandam et confirmam duximus. approbamusq3
et confirmamus presentibus literis, ac robur debita
firmitatis quantum de iure est habiturum decer-
nimus. In cuius rei fidem et testimonium si-
gillum nrum presentibus est appensum. Dat
Piotrcouia in Comentione generali Regni sab-
bato postridie festi Sancti Andree Apostoli. Ano
domini. M°. D°. Xlviii°. Regni vero
nostri XIX°

Relatio Rndi in christo patris
domini Samuelis Marzicionsky
Episcopi Cracovien et R. L. Cancellii

Approbacio literarum pro op pidanis de Vawelnicza occa sione Podwodarii

Sigismundus Augustus etc. Significamus te-
nore presencium quorum interest vniuersis
post futuris, productas esse coram nobis literas papi-
reas sigillo minori obsignatas Serenissimi olim
Dni parentis nri, per oppidanos nros de Vawelnij
ex, continen vecturam als Podwodam circum-
scriptam, in vsum Reipublice per eos prestari
solitam Supplicatumq3 nobis, ut easdem literas
nmonare approbare q3 dignaremur. Quarum
tenor ad verbum est iste. Sigismundus dei
gratia Rex Polonie: magnus Dux Lituanie

Rubbie Rubbie Mazonie etc domin⁹ et hered⁹
Vniuersis et singulis Officialibus, Aulicis, Cubi-
cularijs seruitoribusq⁹ alijs nr⁹is Oppidanos
nr⁹os de Wawelnijeza pro Equis vel curribus
Podwodarum requisitus fidelibus dilectis gra-
tiam nr⁹am. Fideles dilecti Mandamus vobis
seuerius, omnino habere volentes. Quatenus post
quàm literas nr⁹as Podwodarum habueritis siue
ritis ex Cracouia versus Ducatum Magnum
nr⁹um Lituanie, non audeatis eosdem Oppi
danos cum Curribus Podwodarum trahere
vltra Ciuitatem Lublinen, cum Equis vero
seu Equestri Podwoda, vltra villam Zamborzi
oze. Redeuntes autem ex predicto Ducatu, ac
euntes versus Cracouiam, non cogatis ipos da-
re aliquam istarum Podwodarum, nec ulterius
illam obire, quàm ad Ciuitatem nr⁹am Cazij
mierz aut Brzadow: pro gratia nr⁹a aliter non
facturi. Datum in Parczow feria secunda pro-
xima ante festum sancte Barbare Anno do
mini Millesimo quingentesimo quintodecimo
Regni vero nr⁹i Nono. Relatio Reuerendi
in Christo patr⁹ domini Petri Epi⁹copi Lec-
nicien et R: Colonie viceCancellarii. Quas
quidem literas nr⁹as legittimas nob⁹ Rex prefa
tus, in omnibus punctis clausulis et condici
onibus earum, innouandas, approbandas et
confirmandas duximus, quemadmodum
hijs literis nr⁹is innouamus approbamusq⁹
in quantum hom⁹ Podwode in vsu fuere.
Decernen robur et vim debite firmitatis ha

bitnras. Harum quibus sigillum nrum est ap;
pensum testimonio literarum. Datum Piotgr
conie feria tertia ante festum Dni Nicolai
Episcopi Anno domini. M°. D°. Xlviii°
Regni vero nostri. Xix°

Relatio eiusdem supra

Libertacio oppidanorum de vawelnicza a theloneo rum antiquorum solucione

Sigismundus Augustus etc. Vniuersis thelo
neorum in Regno nro et dominiis Prefectis
et quorumuis vectigalium Exactoribus eo;
rumque Notariis Collectoribus, ac pabium
Custodibus. Llarum ac testatum facimus, ex
hibitibe nobis coram nobis Oppidanos nros
de Vawelnicza literas priuilegii, per diun
olim parentem nrum confirmatas, quibus
compertum est eosdem vniuersos oppidanos sub
ditos nros ab omnibus theloneis terrestribus
et aquaticis antiquis, in Regno et dominiis
nris et portalium, aggeralium exactione et
solucione liberatos esse. Nihilominus in
antiquis locis non conseruari illos hac in
libertate cogiq3 ad penden theloneum, pre
sertim in Lublinen et Crasnostawien emi;
tatibus. Quare quum vniuersis Officiali.

bus nris, ac theloneorum et vectigalium exactoribus denuncian Mandamus vt eosdem Oppidanos, in hac immunitate et libertate conservent, conservarique a suis vicebgerentibus curent, nullaque thelonea antiqua et exactiones pontalium et aggeralium, in Regno et dominijs nris ab eisdem oppidanis universis et Suburbanis, nomine mercium et quarumuis rerum venalium exigant neque exigi permittant. Prograua sub penis in exigend indebita thelonea statutis aliter non facturi. Harum testimonio literarum quibus sigillum nrum est appensum Datum Piotrconie in Comentione generali quarta Decembris. Anno dni M°. D°. xlviii° Regni nri xix°

Ad mandatu Sacre Cutis Regie ppria

Conseruatio ad vitam Johannis Sermi ciuis Sandomirien̄sis in officio Salinari

Sigismundus Augustus etc. Significamus presentibus literis quorum interest vniuersis. Quia nos exploratam habentes fidem

et dexteritatem Promidi Joannis Serui ciuis
Sandomirien, quam in officio nro Salinarii
cui adhuc viuente Dno parente nro adhibi-
tus fuerat egregie declaravit, ac quemad-
modum par est diligenter et non parno sue
sue commodo, quemadmodum ex testimo-
nio Magnifici Generini Bonar Castellani San
decen et Zupparij nri Craconien etc accepi
mus seruiuit Intercessione preterea aliorum
Consiliariorum nrorum, pro eo facta adducti
Jesum Joannem Serui, ad vita sua extrema
tempora, in administracione predicti officii
quod nempe est in demissione Salis nri Cra-
stulati ex Zuppis nris Craconien per flumen
Vistulam ad Cameras Mazouiticas singulis
annis vt procuracio Prefectorum Salinarii
fert in tenuis deferri soliti, conseruandum et
retinendum duximus. Ita ut conseruamus
et retinemus hijsce literis nris. Et pollicemur
verbo nro Regio pro nobis et Successoribus Succes-
soribus nris. Quod ipsum Joannem Serui
quàndiu vixerit, ab administratione ipius
officii non removebimus nec abalienabimus
Nulliqz alteri illud mandabimus, nisi forte ipe
quod non credimus) inercia et inerti opa
sua male nobis seruirat, vel etiam fortuna
aut cuiusquam alterius euentus aduerso casu
administrando ipsi officio supersedere non possit

Jta quod obsequia ista sua nobis perniciosa et
cum manifesta iactura commuta ebbe carue
rimus, tum cum ab officio suo remouere, ali-
umq3 in locum eius sufficere poterimus. Sed
quàndiu aliqua eiusmodi indignis cauta
ab eo prabita et a nobis exacte cognita non
fuerit, cum nos semper retinebimus, nec
cuipiam alteri id sibi muneris praripi pa
ciemur. Jl Rotunde etiam Magco Seueri
no Bonar Castellano Sandecen et Luppa-
rio nro Craconien, ac quibusuis aliis Sup:
pariis, sub temporis precursu futuris manda
mus. Vt ipsum Joannem Serui quandiu
superstes vita fuerit, in administracione
et procuratione predicti officii Salinaris
conseruet, neque vllum negocium illi eius
ratione exhibeant. Quin iam libere obi
re et debito suo respondere permittant. Nec
aliter pro gra nra fideque sua facere au-
deant. Harum testimonio literarum q3us
sigillum nostrum est appensum. Datum
Piotrcouiae in Conuentione generali Regni
ipso die festo Sancti Nicolai. Anno domini
Millesimo quingentesimo quadragesimo
octauo. Regni vero nostri Decimo nono

Jto eiusdem cuius sup

Aduitalitas volskich su[per] Arcem Lanczcorunen

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quod nos volentes Venerabilem et Generosos
Stanislaum Custodem Craconien et Secreta-
rium nrum. Sigismundum Gladiferum Cra-
conien et Nicolaum Volskie Aulicos nros
Magnifici olim Nicolai Volskij Castellani San-
domirien etc filios, ad bene merendum de
nobis gratia nra excitare, et ad fernicia nra
reddere promptiores. Ipsos omnes in simul
et quemlibet eorum seperatim, in possessione
arcis Lanczcorunen, in districtu Craconien
sita, et bonorum omnium ad illam pertinen
tia, quae hic pro expressis habere volumus conser-
vabimus, ita ut conservamus presentibus li-
teris, ad vita illorum extrema tempora tro-
mittentes verbo nro Regio, pro nobis et succes-
soribus nris Nemini nos et successores nros
ab ipsis Venerabili et Generosis. Stanislao
Sigismundo et Nicolao Volskie. Arcem Lanc-
korunen, et bona ad illam pertinentia red
mere permittemus. Sed neque nos, aut suc
cessores nros, ad sibi cum membrum, aut alium
quemcunq3 nrum et Reipublicae vtum

et neceſsitatem redemptuꝝ. Verum illos et
quemuis eorum ſeparatim Arce et bonis En-
perus ſcriptis quiete vtiſrui quàmdiu vixe
rint permittuꝝ. Poſt mortem vero præfa-
torum fratrum, cum ſucceſſoribus ipſo-
rum ſumma in literis originalibus le-
gitime inſcripta numerata et ſoluta fuerit
poſſeſſione bonorum præfatorum nobis ple-
no iure cedere tenebuntur. Iuribus noſtris
ſaluis ibidem manentibus. In cuius rei
fidem etc Datum Piotrcoma in Comen
cione gnali Regni

Confirmacio iurium generalis Ciuitatis Leopolienſis

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei me
moriam. Quoniam geſta et actiones humane
perpetua memoria indigentes plerumqꝫ errore
oblitionis confundi, et ab hominum noticia
labi poſſent, niſi literarum teſtimoniꝫ et Sigil-
lorum monimentis fuerint perhemata. Pro:
inde nos Sigiſmundus Auguſtus dei gra
Rex Polonie: magnus Dux Lituanie. nec
non terrarum Cracouie, Sandomirie, Si-
radie, Lancicie, Cuiauie, Rubbie, Prubbie

Masouie. Culmen. Elbingen Pomeranie etc do;
minus et hared. Vniuersis et singulis quorum
interierit presentibus et futuris, harum noticia
habituris. manifestum testatumque facimus
Quod ad intercessionem quorundam Regni
ri Senatorum et Consiliariorum pro Fama;
tis Preconsule, Consulibus, et Ciuibus vris
Leopolien ad nos factam, habentesq3 perspe
ctam et cognitam singularem erga nos eorn;
dem Consulum et Ciuium Leopolien, fide
studium et obseruanciam, ac in Republica
illius ciuitatis administranda, curam dili;
genciam et vigilanciam, de speciali gra et
scientia ra, animo benevolo et vltranea vo;
luntate, sufficientis6 imaqne deliberacione
prehabita, ac de consilio et assensu Regni
ri Senatorum et Consiliariorum, in hisce
Comiciis qualibus congregatorum. Omnia
et singula eiusdem ciuitatis ra Leopolien
Jura, libertates, et immunitates, prarogati;
nas, priuilegia, literas, inscripciones, dona;
tiones resignationes, permutaciones, pra
sentaciones, vniones et incorporationes, et id
genus monimentorum literatoriorn, sive
sint Ecclesiastica, sive Secularia, qua per dnos
olim Reges et Principes predecessores nros
Regni hujus et dominiorum irorum ve;
ros et legitimos hæredes et dominos. Ac
etiam per nos in et super quascumq3 bona

tam terrestria quàm Civilia, et alia quecùnqꝫ
in ipsa civitate et extra eam vbilꝫt et in quibus
cunqùe locis terris et districtibus consistẽ
qrorum hactenus sunt in possessione et vsu
fructu pacifico fuerunt sub qucunqùe verbo
rum tenore, et in quibuscunqùe Regni et
dominiorum nrorum locis data donata et
concessa; ac libertates, consuetudines et inti
quas, decreta, immunitates et prærogativas
quascunqùe, a fundacione civitatis eius de
vsqùe ad hodiernum diem habere dinoscẽ
tur et habent, per eosdem prædecessores no
stros in vita eorum, ac etiam per nos ipsos
sub quibuscunqùe datis, ac in quibuscunqꝫ
dominiorum locis concessas et emanatas
tam in literis Spiritualium quàm Secula
rium personarum, donationes, resignationes
fundaciones, inscripciones, decreta fun
ciones, vniones, incorporationes, ordinaci
ones et consuetudines quascunqùe continẽ
Quas literas, ac omnia et singula Jura,
privilegia, immunitates et decreta, hic
pro insertis habere volumus. Jn omnibus
et singulis eorum punctis, posicionibus, co
dicionibus, clausulis et articulis, ac toto
tenore de plenitudine auctoritatis nostræ
Regiæ, approbam, ratificam, innovam gra
tificam et confirmam duximus: quemad
modum putium literarum nostrarum

patrocinio, approbamus, ratificamus, innova
mus gratificamus et confirmamus. Decernen
tes ac omnia et singula in eis descripta et
contenta, vim et robur perpetue firmitatis
obtinere debere. Et insuper in verbo nro
Regio promittimus, et presentibus literis
nris spondemus, eadem omnia et singula
ipsius civitatis nre Leopolien. Jura, liber;
tates, prerogativas, immunitates pntario;
nes, uniones, incorporaciones ac consuetu
dines in eadem civitate ex antiquo tentas
et observatas, decreta et privilegia, per oma
rata, firma et grata perpetuo et in eum habe
re ac inconcusse integre et inviolabiliter illa
observare et manutenere ac eis satisfacere cu
effectu. Volumus etiam et promittimus oes
et singulos cives ac incolas Leopolien. Suburr;
banos et villanos, ad dictam Civitatem Leo
polien et jurisdicionem eius ex antiquo spe;
ctan et pertinen, et omnia ac singula eorm
bona, ab omnibus injurijs, violencijs, gravam;
nibus et angarijs quibuscuis quarumcumque
personarum, cuiuscumque status dignitatis et
condicionis atque Officialium nrorum tueri
defendere, nec aliquas novas adimentiones
in eos adinvenire volumus aut permittemus
Sed eos bonaque eorum in suis rectis et grati;
cijs conservando, juxta antiquam cosue;
tudinem prout per antecessores nros Jurelitos

Reges Polonie Serenissimumque parentem
nrum fuerant conservati conservabimus et
manutenebimus et conservari faciemus
Nullaque bona eorum ad civitatem et juris
dictionem Civilem pertinencia, ab eadem
civitate Leopolien, et jurisdictione ipius
alienabimus, aut alieni alienari permit-
temus. In cujus rei fidem et testimoniu
sigillum nrum putibus est appensum Da
tum Piotrkonie in Commenrione generali
feria quarta, ante festum Conceptionis
Virginis Marie. Anno dom. Millesimo
quingentesimo quadragesimo Octavo Re
gni vero nri. Decimo nono. Praesentibus
IN nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in rebus humanis nichil sit firmum et stabile. Solent Reges et Principes, quorum memoriam volunt esse perpetuam, eam literarum monumentis commendare. Quamobre nos Sigismundus Augustus dei gratia Rex Polonie magnus dux Lituanie: necnon terrarum etc. Significamus presentibus literis quorum interest universis, qui nunc sunt et qui postea futuri sunt. Quod cum Magnus Petrus de Sluzewo Palatinus Calisien. et Capitaneus Nieszonien. ad sua maiorumq3 suorum in divinum parentem virum ac Reipub: Regni nostri merita constantis fidei observantiam in nos adiecerit, dignum iudicamus in qua vira gratia extet testimonium. Quamobre

ipsi et eius successoribus masculis villas suas Le-
trikow, Chylicie, Borzikowo, Wronczino et Nieda-
wiersb, in Lalatinatu Calissien, et districtu Pis
dren sitas, dandas et donandas duximus damusq;
et donamus puris literis titulo perpetue et ir-
revocabilis donationis jure tamen feudi. Cum
omnibus ad eas ipsas villas pertinentibus, agris
campis, pratis, pascuarijs, sylvis pagueis abiegnis
quercinis, pinarijs, nemoribus, rubetis venationi-
bus omnis generis ferarum, mellificijs, alueariis
sarceptis, stagnis, flumineibus, fluuijs lacubus
molendinis, piscinis, piscaturis emptionibus
ac vsuagijs ad sylvas villarum predictarum tam
cum suibus, quam aliis pecoribus et pecudibus pro-
uentibusq; ex eis proueniens, censibus contribu-
cionibus quibuscunq; quocunq; nomine vocent
nullis penitus exceptis, laboribus, seruitijs, ac
qualiter cum omnibus et singulis villarum
predictarum vtilitatibus, que nunc sunt, et in
posterum humana industria excogitare poterunt
ita late et longe ac circumferenciale, quemadmo
dum in suis finibus ab alijs bonis circumscripte
sunt dandas et donandas Senatorum nrorum
accedente consensu duximus, damusq; et donamus
titulo perpetue et irrevocabilis donationis, nre
tamen feudi. Ler ipsum Magnum Petrum
de Sluzewo et eius successores masculos villas
superius scriptas tenendas habeñ et pacifice ac

quiete possiden tēporibus perpetuis. quāmdiu
successores masculi ipsius Magri Petri succedo:
rumq3 eius superstites fuerint. Quibus ex hac
luce sublatis. possessio villarum prædictarum ad
nos et nros successores redibit. Ita tamen quod
non prius fœmina ad quas bona ipsa redibunt
possessione ipsorum cedere tenebuntur q3 sum:
ma in villis prædictis per præcessores nros in:
scripta, soluta et numerata illis fuerint. Nigil
nobis et successoribus nris Juris. dominij et pro
prietatis, in eis villis reseruam. Sed totum in
ipsum Magcum Petrum et eius successores
masculos transferen. Expedicione tamen belli
ca et contribucione duorum grossorum. in eis
ipsis bonis salua manent. In cuius rei fidem
et testimonium manu nra patibus subscri:
psimus. et sigillum nrum appendi iussimus
Datū Piotrcouie in Conuentione generali. sabbato
postridie festi Conuersionis Sancti Pauli Apli
Anno domini Millesimo quingentesimo
quadragesimo Nono. Regni vero nostri
Decimo nono Præsentibus quibus supra
Sigismundus Augustus Rex mpr
Rex mpr

Institucio thelonei ponta lis in villa Waszossze, pro parte Stamillai Koniecz pol skij

In nomine dñi amen. Ad perpetuam rei memoriam
Solent Reges et Principes quorum perpetuam vo-
luntatem esse memoriam, ea monumentis literarum
commendare. Quamobrem nos Sigismundus
Augustus dei gra Rex Poloniæ, magnus dux
Lituaniæ: necnon terrarum Cracoviæ etc. Signi-
ficamus præsentibus literis quorum interest vniuer-
sis. Quod cum ex relatione Magci Joannis Co-
mitis in Tharnow Castellani Cracovien etc
et multorum testimonijs accepissemus in bonis
Wassosze Generosi Stanislai de Konieczpolie
viam per paludes et fluuium Biala, quod per ea
bona labitur esse impeditam, difficilemq; vecto-
ribus transitum illac esse: ita ut longo circuitu
declinare eas paludes et flumen cogantur. Qui-
bus nos consulere volentes: permisimus præfato
Generoso Stanislao de Konieczpolie, fluuium prę-
dictum et paludes pontibus constrare, vt commodus
esset vectoribus transitus. Quoniam vero non
sine magno ęrus sumptu id futurum est, æqui
esse existimam, vt qui per eos iter expeditius fut
sumptum conferant, quo et presens impendium
sarciri et in posterum facilius refici possit. Quam-
obrem de expresso consensu Consiliariorum nrorq
in superius scripta villa Wassosze a pontibus præ-
dictis thelonium pontale instituen duximus, in-
stituimusq; præsentibus literis, a singulis equis
currum trahentibus, per tres denarios, a curru
vero mercibus onerato vno equo trahens tres de

narios, ab equis vero sine curru atqꝫ etiam a bobus per tres denarios a quolꝫt equo et bove solvendum Ea tamen lege et condicione, ut eobipsos pontes prefatus Stanislaus Koniecz polskij et alij pro tpe bonorum prefatorum Wassosze possessores reficere teneantur Nolentes etiam vt quibquam invitꝫ proficisci ea via cogatur. Sed si circumire noluerit id illi tgeloneo non soluto liberum sit. Ad quod quidem tgeloneum solvendum Nobilitatem Regni nri teneri nolumus, qui statutis Regni nri et privilegijs a solvendis tgeloneis exempti sunt Quod quidem tgeloneum ipse Generosus Stanislaus Koniecz polskij exiget et eius successores bonorum Wassosze possessores, ita vt superius scriptum est exigent, et in eos quos illi videbitur vsus convertet temporibus perpetuis. In cuius rei fidem etc. Datum Piotrkowie sabbato in Conversione quali sabbato postridie festi Conversionis Sancti Pauli Anno dom. M°. D°. Lxix Regni nri xix°. Presentibus quibus supra

Rtio cuius supra

Instituuntur fora amalia in oppido Sendomierz

Anno et die quibus supra. Sacra R: Mtas. concessit. Venerabili et Generosis Stanislao Custodi Cracovien, et Sigismundo Cladifero ac Nico:

lao Wolskim Anlicis ſnis. in oppido ipſorum hæ
reditario Sendomiarz. peneb oppidum Minſko. in
terra Lithuanie ſito duo fora annalia ſen mundinas
unum pro feſto Annunciacionis. et aliud pro feſto
Aſſumpcionis beatiſſime Virginis Marie an;
nis ſingulis agen et frequentan. Septimanale
vero forum ſingulis ſabbati diebus qualibet ſepti;
mana celebran, absq; tamen præiuditio alio
oppidorum et civitatum in vicinia conſiſten
Litera in forma Cancellaria ſolita extradita

Rtio vt ſupra

Fora annalia oppidi Ra
ſinie

Anno et die vt ſupra. Sacra R: ſtas conceſſit
eiſdem Wolskim, in oppido ipſorum Rabbinicz
peneb villam Pgalienta, in terra Czernen ſitu
Nundinas ſen forum annale, pro feſto Sancti
Staniſlai in Maijo annis ſingulis: forum vero
ſeptimanale die Dominico qualibet ſeptimana
celebran. Lra in forma Cancellaria ſolita ema
nata

Rtio vt ſup

Decretum inter Joannem von Pelken; et Mathia Ver;
ner

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc
Quod in causa et controuersia per appellationem
a Senatu ciuitatis nrae Gedanen ad nos deuoluta
inter Honestos Joannem Vonpelken Appel:
lantem ab vna: et Matthiam Verner appellatu
parte ab altera occasione certa pecunia. Decer:
nimus bene iudicatum, male appellatum esse
ac duas conformes sententias Scabinorum et
Consulum ciuitatis nrae Gedanen, confirma
mus, ratificamus, approbamus Hoi Joanni
Von Pelken, contra Conradum actionem ce
sernantes. In cuius rei fidem etc. Datum
Piotrkowie xxiij^a Januarij Anno domini
M°. D°. xlix°. Regni nri xi^o

Rtio vt supra

Decretum inter Theodori cum L et Joamem Torf ciues Gedanen

Sigismundus Augustus etc. Significans etc Q
in causa et controuersia, per appellationem a Se:
natu ciuitatis nrae Gedanen ad nos deuolu
ta inter Honestos Theodoricum
et Joannem Torf appellan ab vna. et Joan:
nem Baran appellatum parte ab alta. occone
fideiussionis per appellantes prastita. De:
cernimus bene iudicatum male appellatum

esse, ac duas conformes sententias Scabinorum et Senatus ciuitatis nrae Gedanensis, in omnibus earum punctis, clausulis, conditionibus et articulis, confirmamus, ratificamus, et approbamus, ac executioni debita tradi mandamus In cuius rei fidem etc. Datum Piotrcouia vt supra

Rtio vt supra

Decretum inter Iacobum Hovelke, et Ioachimum Grijp

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc quod in causa et controuersia, per appellationem a Senatu ciuitatis nrae Gedanen ad nos deuolu, ta inter Honestos Iacobum Hovelke appellan ab una, et Ioachimum Grijep et vxorem eius Iacobi nouercam parte ab altera, occasione di, uisionis hereditatis. Decreuimus bene indi catum, male appellatum esse, ac sententias duas conformes Scabinorum et Senatus ci, uitatis nrae Gedanen, in omnibus earum punctis, clausulis, conditionibus et articulis confirmamus, ratificamus et approbamus et executionem earum debitam fieri mandamus In cuius rei fidem etc. Datum Piotrcouiae xxvi^{a} Ianuarii Anno quo supra

Rtio vt supra

Decretum inter Georgium Falkner et Vincentium Añal

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc & in causa et controuersia, per appellationem a Senatu ciuitatis nrae Cedañen, ad nos deuoluta inter Famatos Georginm Falkner appellan ab vna, et Vincentinm Anal appellatum parte ab altera, occasione certi Chirographi, vigore cuius, duo millia centum viginti marcae per Vincentinm a Georgio petebant, viso diligent causae totius processu cognouimus chirographum a Vincentio Matthia Schilling datum esse &c tamen ille recipiendum non esse putauerit neqz cuiusqz alterius quam Vincentii fidem sit secutus Porro quod Vincentius chirographo subscripserit, non modo non petente sed ne sciente quidem Georgio factum esse. Ita quae actionem illi Vincentium ex chirographo intentare non potuisse. Quare bene appellatum male iudicatum esse decernimus: actionem igitur Vincentio contra Georginm reservantes, quatenus ille alia ex causa aliqua quam ex chirographo Matthia dato, de duobus millibus centum viginti marcis supra scriptis intentare illam ei voluerit. In cuius rei fidem etc Datum Piotrkouiae xxvia Januarii Anno etc xxx

Ratio vt supra

Approbatio priuilegii olim Ducum Mazouiæ pro parte Cnosæ Margarethæ de Zaborowo

Sigismundus Augustus dei grā REX Polo-
nia etc. Significamus ꝓsentibus literis, quorū
interest vniuersis. Quod exhibita sunt coram
nobis litera, nomine Generosæ Margarethæ
de Zaborowo, coniugis olim Generosi Petri Ko-
pitgowskij Castellani Warschoniens, in charta
pecorina scripta. Sigillo Illrīum olim Semo-
nitæ, Cazimiri et Wladislai Mazouiæ Ducum
in Zona sericea rubra appenso communita. Sup-
plicatumq; nobis est, vt eas approbare, confirma-
re et innouare dignaremur. Quarum tenor
de verbo ad verbum est iste. Nos Semonitus
Cazimirus et Wladislaus dei gratia Duces Ma-
zouiæ Russiaq; Principes: necnon terrarum
Plocen, Rauen, Sochaczonien, Gostinen, Plocen
dominiq; et hæredes Wibnen etc. Significa-
mus tam ꝓsentibus q; futuris tenore ꝓsentium
quibus expedit vniuersis. Quoniam coram nra
constituti ꝓtia Nobilis Sasinus Nicolaus
Zijra, et Bernardus fres germani, hæredes in
Kobijrzicze, diuisionem perpetuam bonorum

paternorum hereditariorum, inter ipsos factam re;
cognoverunt, in hunc modum. Primo Sabbino
et Zyre due villa sive hereditates vzt Kostrzyn
ze et Kuklanka, cum molendino et minera
vulgariter Ruda, in districtu nro Sochaczenen
sita: cum omni jure et dominio perpetuo cesse
runt ex divisione. Nicolao vero alia duo villa
sive hereditates, vzt Kopijtzow in ducatu Pra
clari Principis domini Boleslai ducis Mazovia
filiastri nri cgarissimi et Kostrzino in Re:
gno Polonie sit, cum omni jure et dominio
ac etiam quindecem jugera vulgariter Morgij
pratorum Sdzarij vulgariter dictorum in ducatu
nro sitorum, similiter perpetuo cessit ex divisi
one: tali conditione expressa. Qui si predicta
quindecem jugera non essent plenaria: extunc
prefati Sabbinus Zyra et Bernardus fratres
ipsius Nicolai, in mericis sive sylvis debent
sibi Nicolao dimensurare vulgariter wymie
rzioz, et dicta quindecim jugera adimplere
ex integro. Qui etiam Nicolaus in nemoribus
sive borris Sabbini Zyra et Bernardi frum
dictorum roboribus pro edificijs solum con:
strvendis et lignis tantum pro Curia sua ere
mandis perpetuis temporibus vti debet. Sed
robora et ligna predicta vendere nullam habe
bit potestatem. Et si ipsum Nicolaum, dictam
villam Kopijtzow perpetuis temporibus vende
re contigerit: extunc ille emptor et successor

qui predictam villam compabit. hyuusmodi robo;
ribus et lignis in dictis nemoribus et borris vten
di nullam gabebit ptatem. Bernardo autem dua
villa sue gareditates lstgebno et osbowecz. in
dicto districtu nro Sochaczonien sita. vezt qua be
extendunt a via dicta laktgoronska. vbqz ad via
antiquam vlgariter po goscziniecz dictam skulskij
pari modo perpetuo cabberunt ex diuisione. Nos
vero hyuusmodi diuisiom, inter ipsos factam ra;
tam et gratam habentes, ipsam in omnibus pun;
ctis, condicionibus et clausulis vniuersis, confir;
mamus, ratificamus et approbamus, et te;
nore ptium confirmamus, ratificamus et appro;
bamus perpetuis temporibus fore duraturam. In
cuius rei testimonium sigillum nrum ptibus
est appensum. Actum et datum in Miedzerzij
eze, loco venationum nrarum feria quinta infr
octauas Epiphanie. Anno domini Millesimo
quadringentesimo trigesimo primo. ptibus
ibidem Strenuis Nobilibus fidelibus nris
domino Paulo de Leszno Castellano varsego
vien. Grzimkone de Mikolaiewo. Stanislao
dicto Jesszik de Markowo. Paulo de Kurdwanowo
Redwan de Babsko haeredibus et Stanislao No
tario nro. qui ptia gabuit in commissis
Quas quidem tras hic inscriptas Nos Rex pra
fatus, attenden esse sanas, sanas, et omni su
spitione carens, auctoritate nra Regia approbau

confirmañ et innouañ duximus, approbamus & confirmamus et innouamus presentibus lris Decreñen eas in omnibus punctis, clausulis articulis et conditionibus, quantum de jure est robur debita et perpetua firmitatis obtinere In cuius rei fidem. Datum Piotrcouie in conventione Regni generali, sabbato post festum Conversionis Sancti Pauli proximo. Anno domini. M°. D°. xlix°. Regni vero Nri xix°.

Rtio Rudi in Cgro patrē domini Sammelis Epi Crac et Regni Polonie Cancellarij

Confirmacio consensu cum pro parte Jacobi Zerniczki

Sigismundus Augustus Dei gra. REX Polonie magnus dux Lituanie, Russie Prussie Masovie, Samogitie etc dominus et hæres Significamus tenore p̃sentium quorum interest universis. Productas esse coram nobis ternas consensuum lras, in pargameno scriptas. per Dnum parentem ñrum Nobili Jacobo Zerniczkij concessas. sigillo maiore appenso ob-

signatas. ad Relationem Magri olim Egonis de Sobotga Regni Cancellarij. et paterna mtis Locil. latoris. Burgrabij Cracovien. Tribuni Lancicien et Capitanei Ranen scriptas et editas. Quas consenbimus lras summatim ordine ita se habent

Lrima eidem Nobili Jacobo Zerniczkij. super redimendam tabernam, in villa nra Starzicka in terra Rubbia. et territorio Leopolien consisten et tertiam membram emolumentor&, ad hanc tabernam antiquitus ex molendino inibi perti, nen de manibus Anastasiae alb Nastgka vidue et Jwan Sienko Petrigz filiorum eius data sut Cracovie. Sabbato post festum Sancte Catgerie proximo. Anno domini. Millesimo quingento quadragesimo octavo. Secunda litera consen, sus eodem die et anno, eidem Jacobo Zerniczkij data quogz Cracovie super officinam ferrariam alb Ruda Starzeska nuncupatam, in eadem terra et territorio consisten quogz redimenda de manibus Nobilium Zygia vidue, ac Nico, lai filij Anne. et Rose filiarum illius. officina eiusdem tenutarior&. in summis pecuniarum iuste et legitime liter& originalibus. tam sup tabernam et tertiam membram emolumenti gz officinam superius expressa inscript& eis& minime nocivis. Tertia litera admitalit alt& eidem Nobili Jacobo Zerniczkij et Catgerine

vxori ipsius in solidum et utrisq3 sigillatim dat
Cracouie sabbato ante festum Sancti Egonie Ap:
postoli. anno dñi eiusq3. Quibus literis vitalita
tis vtas paterna eosdem conniges. tam in offi:
cina ferraria q3 taberna. omnibusq3 pertinen
ad ea antiquitus spectan vsu et possessione
postq3 ea redemerint conservare ad utriusq3
vite tempora extrema promisit. Cuiusq3 quod
a nemine subditorum nrorum status et con
ditionis existentes quamdiu vixerint, de
eisdem redimi poterint. Quasquidem ternas
literas. sic summatim fideliter descriptas ap:
probam et confirmam duximus, quemadmodq3
fisce lris in omnibus punctis. clausulis, ar:
ticulis et conditionibus earum approbamus
et confirmamus. Decernen eas validas et effi
caces esse, tanquam sic essent ex suis Arq3
tipis et originalibus ad verbum descripta dan
aque statem. officinam ferrariam. taberna
cum tertia membra emolimenti superius
expressa ijs utriusq3 conuigibus redimere
redemptaq3. ad extrema eorum tempora, pa;
cifice possidere, quemadmodum illis a dmo
parente nro concessum est. Sed ut etiam no
stre gre. in dmo Nobilem Jacobum Zerniz
kij et Catgerinam coniugem eius. ad inter
cessionem Consiliariorum nrorum exhet te
stimonium. Illos in officina ferraria et taberna

tertiaqz membra emolimenti superius scriptis
ad vitæ vtriusqz tempora quoqz conseruan dum
mus prout conservamus. quod nedum eos qui
buscunqz subditis nris redimere de eis permit
temus. successoresqz nri non permittent. Vesq
ipsi pro menda fisco coquina, et vsu nostris
ueo, cum successoribus nris. præfatos supstites
coniuges non redimemus. Mortuis vero vtriusq
cum summa pecunia, in officina et taberna
tertiaqz membra legitime inscripta succes
soribus eorum vesq persoluta fuerit, tum eis
cedere tenebuntur. sortibus tamen nris ibidem
semper per omnia salvis. Harum quibus etc
Datum Piotrkonia sabbato postridie festi conver
sionis Sancti Pauli. Anno quo supra

Regio

Ius patronatus Nicolao Miss kowski dat super Eccliam parochialē in Miedzirzecz

Anno et die vt supra. S: R: vltas dedit Jus pa
tronatus. Generoso Nicolao Misqkowskij Stren
uo Regni et Capitaneo Miedzirzecen. ad Ec
cliam Parochialem in Oppido Miedzirzecen

ac etiam ad alias Eccliaß, et ad omnia eccliaca beneficia, quaecunqie in Capitaneatu Miedzi rzeczenßi sunt, ita ut quotießcunqß Eccliа paro chialis Miedzirzeczen, ac alia quaecunqß Eccliа in Captu Miedzirzeczenßi existen, per ecßßum decessum, commutationem, primationem aut alia quacunqß de causa: praesertim vero Ho: norabilis Nicolai Przetoczkij Notarij Castri Pogranicen. et plebani moderni Miedzirzeczen vacauerit vel vacauerint, totiens liceat ipsi Egnoßo Nicolao Mißczkowskij. personam idoneam, et statui Eccliaco aptam, ad eam sine eaß prebentare. ad eamß vßqß vita extrema tempora. Lra in forma Cancellaria solita extradita

Sigismundus Augustus

Rex

Decretu inter Nobilem Adamum Trebniczk et m gratu oppidi Choini censis

Sigismundus Augustus etc Significamß etc Lecto diligenter proceßßu qui habitus est inter Nobilem Adamum Trebniczk Actorem

ab vna, et Magratum oppidi Chomicen parte ab altera, occõe villa Hermanstorff, duas reperimus sententias, a quarum priore appellauit Nobilis Adam Trebnitz, et appellationem suam prosequutus est, de qua cum ebbet per nos cognitum causa per nos, ad Iudices prima instancia remissa est, iuxta Iras suas, super ea re datas, Ab alta sententia appellarunt Chomicen, quam appellationem cum non ebbent prosequuti, neqz mentionem vllam de ea fecissent: atqz ita deserta ea discessissent. Nos cum sententiam interlocutoriam, qua in fine processus scripta erat confirmari duximus, ita ut confirmamus presentibus, et eam in rem indicatam transimus de decernimus. Hacq quibus etc. Datum Piotrcovia xxviij^a Januarij. Anno dõi vt supra

Regio vt supra

Decretu inter Ioame Helth et franciscum Camerariu

Sigismundus Augustus etc. Significamus etc. Quum esset per appellationem a Senatu ciuitatis nre Gedanensis ad nos deuoluta causa et controuersia inter Famatos Ioannem Helth appellam ab vna: et Franciscum Camerarium

appellatum parte ab alta, ꝛccone fideiussionis eu
iusdam per soannem facte, lecto diligenter pro
cessu, recte quidem iudicatum esse comperiuꝰ
quod propter sequens cyrographum fideiussor
liberatus non sit. Itaque sententiam Senatus
confirmamuꝰ. Quoniam vero constat ex actis
pignus per vxorem Morawinskij apud vxorem
Camerarij fuisse depositum, illud vero satis
non liquet, quo numero, quo pondere, quane
mensura merces iste pignori loco apud vxore
Camerarij depositæ fuerint. Deinde vero num
distracta sint minoris, q3 quanti distrahi potu
erint. De eo parteꝰ ad primam instantiæ Iudicem
remittendum duximuꝰ, ita ut remittimuꝰ pre
sentibuꝰ. vt ibi cognoscatur de eo qualis exe
cutio fieri debeat, et probatio legitima sedu
mos ñri formam parti iniungatur: quo con
stare possit aut quo numero, quo pondere, quane
mensura merces pignoris loco date fuerint, aut
num distrahi maioris potuerint, quam iuri
distracta esse dicuntur. Hac ñra sententia
diffinitiua mediante. Datis Piotrcovie die
et anno quibuꝰ supra

Rᵗⁱᵒ Reuerendo in Christo patre Do
Samuele Episcopi Cracovien
et Regni Polonie Cancellarij

Exempcio Judeorum in Curow degen ab iurisdicioe quorumcuqs officialium

SIgismundus Augustus etc. Significamus etc Quod expositum est nobis, nomine Gnosi Stanislai Zbaskij, Castellani Zarnowien et capitanei Babimostien, habere eum Judeos subditos in bonis ipsius hereditarijs oppido vocat Curow in terra Lublinensi sito, in quos nonnulli vigintarij et officiales, praesertim vero Magnus Andreas Comes de Tgenczin Palatinus Lublinen et Sniatgnien Rohatinenqs Capitaneus quidpiam sibi vsurpare jurisdicionemqs sua extendere vellet. Supplicatumqs nobis est, vt eos ipsos Judeos a jurisdicione quorumcunqs Dignitariorum et Officialium Regni nri exemere dignaremur. Cui supplicationi nos annuen, attendenqs quod Statutis Regni nri praescriptum sit, vt qui Judei in bonis hereditarijs Nobilium Regni nri consisten, priuilegio Judeorum vti noluerint, a Palatinorum jurisdictione sint exempti. Ipsos Judeos ab omnium Palatinor & Vicepalatinor & Dignitariorum. Judicum. Subindicum et Officialiu

morum quorumcumq3 in Regno et dominijs
meis existen, eximendos duximus, exuimusq3
patribus literis. Ita vzt ut coram nemine alio
quàm coram domino Hereditario omnibus
de be conquerentibus respondere teneantur
Quapropt omnibus Palatinis, Vicepalatinis
Capitaneis, Tenutarijs, Locabehen. Viceca[illegible]
et aliis quorum interest, praesertim vero Mag:
nifico Andreae Comiti de Ogarzin. Palatino
Lubliñen etc. et pro tempore existen Palatinis
Lubliñen, et in absentia eorum Vicepalatinis
denunciamus. Mandam et districte precipien
vt Judeos Generosi Stanislai Zbaskij subditos
in oppido Kurow, et vbicunq3 in bonis ipsius
Hereditarijs commoran, in hac exemptione
mea conservetis, et ab aliis conservari curetis
nullamq3 in eos inuibdicionem extendere
audeatis. Pro gra mea aliter non facturi
In cuius rei fidem etc. Datum Piotrcovie
in Comentione gnali Regni. feria secunda
post festum Conuersionis Sancti Pauli Apli
proxima. Anno domini M°. D°. xlix°.
Regni mei xix°

R^tio Reuerendi in Chro patris dni:
Samuelis Episcopi Cracouiensis
et Regni Poloniae Cancellarij

Abstractio uillaru Blisoczi Blisoczka wolia Mazow: Schani et Mleczkow a Capit Radomien in personam Stamislai Lodliodowski

SIgismundus Augustus etc. Significamus etc Quod cum superiori tempore donassemus Ge; nerosso Stanislao Lodliodowskij, Dapifero San; domirien: Villas nras Dzierzkow. Golebiow et Golebiowska wolia jure feudi: quæ quonia distragi a corpore ciuitatis Radomien: sine graui illius detrimento non potuerunt, reddi; dit nobis villas predictas Generosus Stanislaus Lodliodowskij: pro quibus nos vicissim illi, vil las nras Regias Blisoczin, Blisoczka Wolia na. Zorzelsanij et Mleczkow, ad Capitaneat Rado: mien: pertinentes dedimus. Quæquidem do; natio villarum predictarum, earumq; a Captu Radomien abstractio, nigil imri vitalitatis atq; arenda, quam in eo ipso Capitaneatu Radomi en: Magnus Letrus de Dambrowij eq; Palatinus Rubbica et Radomien Cazimirien: q; Captus habet, derogare debet neq; potest. Quod illi in

reliquis bonis omnibus nris, ad Capitaneatum
predictum pertinen, salvum reservamus, in
quo nos illum conservaturos verbo nro Regio
promittimus, ac presentibus obligamus. villis
tantum istis, quas Stanislao Lodliodowskij do
navimus exceptis. In cuius rei fidem manu
nra subscripsimus, et sigillum nrum appendi
mus jussimus. Datum Piotrkovie in Conventione
nra generali, feria tertia, post festum Commercio
nis Sancti pauli Apostoli. Anno domini. M°
D°. XLIX°. Regni vero nostri XIX°
Sigismundus Aug: Regio cuius supra
gnstus Rex Mpp

Donacio Arendæ Capit Niesckouien Mgco Petro de Sluzewo Palatino Ca lissiensi

Sigismundus Augustus etc. Significamus
tenore presentium quorum interest universis &
cum Magnus Petrus de Sluzewo Palatinus
Calisien. et Capitaneus Nieszowien. in nos
fidei sue observantiam declaraverit. Vicis
nobis est, vt nos vicissim, nra in eum gratia
testimonium exhibeamus. Quamobrem ip-
sum eam pecuniam, quam fisco nro annis

singulis, ex arenda Capitaneatus nri Nieszowien
inferre tenetur, remittens et donan duximus
ita ut remittimus ac donamus p̃sentibus literis
ac de ea ipsum et successores eius p̃fectum
ad vita eius extrema tempora: promittimusq3
verbo nro Regio pro nobis et successoribus nris
quod neq3 ipsi Mgco Petro de Sluzewo, neq3 suc
cessoribus ipsius de arenda Capitaneatus p̃adi,
cti vllum negotium exhibebimus, neq3 succes,
sores nri exhibebunt: Sed quicquid ex eo ipso Ca:
pitaneatu, omnibusq3 ad illum pertinentibus
perceperit, id totum in suum vsum libere con,
vertet, neq3 de eo nobis et successoribus nris re,
ponderé tenebitur, nec successores eius tenebun:
tur. Quod Mgco Spitkoni de Tharnow Castel,
lano Woinicien, Regni nri Thesaurario, ac
Brzezniccnsi Krzepicensi. Rzeszowien3q3 Ca,
pitaneo, ac pro tempore exist̃ Regni nri The
saurario denunciamus ac mandamus, vt ni,
hil eius arenda nomine, ab ipso Mgco Petro
Palatino Calisien̄ quamdiu vixerit exigat
Nos vero id in ratione suscepturi simus. In
cuius rei fidem et testimonium, manu nra
p̃sentibus subscripsimus et sigillum nrum
appendi iussimus. Datū Liotkoviae vt sup̃
Sigismundus Augustus
Rex manu

Confirmacio priuilegii super Aduocatiam Lizdren pro parte Nobilis Joannis Iezowski

Sigismundus. Augustus etc. Significamus etc
Quia Gmnitr nobis supplicatum fuerat, pro pte
Nobilis Joannis Jezowskij Aduocati ñri Lizdren
vt priuilegii sui literas, super eandem Aduocati
am, modo qui requiritur caren, confirmare, ap
probare, ac innouare dignaremur: quarum tenor
ad verbum est iste. In nomine domini amen
Ad perpetuam rei memoriam. NOS Sigismun
dus dei gra Rex Polonie Supremus dux Li
tuanie: necnon terrarum Cracouie, Sando
mirie, Syradie, Lancicie, Cuiauie, Culmen
Elbingen Pomeranie, Russie Prussie Maso
uie etc dnus et hered. Significamus tenoe
ptium quibus expedit vniuersis et singulis
ptibus et futuris, quarum noticiam habitus
Quomodo Nobilis Joannes Rolia Bratkowskij
Aduocatus ñr Lizdrensis hereditarius, cora
ñra Mte personaliter constitutus exhibuit ori
ginaliter, duo priuilegia sua Aduocatialia
inferius descripta, petens ea ob eorum vetu
statem, innouari approbariq confirmari et

putibus literis veris inseri mandari, quorum tenores sequuntur successive et sunt tales. In nomine domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Ne error oblivionis gestis sub tempore versantibus in posterum pariat detrimentum, alta Regum et Principum decreverunt consilia, ea literarum apicibus, et fidedignorum testimonio perhenna re. Proinde nos Casimirus dei gra Rex Polonie necnon terrarum Cracovie Sandomirie, Siy; radie, Lancicie Cuiavie, magnus dux Lithuanie Pomeranieq3 dnus et hæres Russie. Significamus tenore p̃sentium quibus expedit vniversis et singulis presentibus et futuris p̃sentium noticiam habituris. Quum per certos Baronos n̄ros Regni n̄ri Consiliarios edocti simus, ac ad plenum informati. Quomodo Serenissimus Princeps dominus Wladislaus Polonie Rex progenitor n̄r charissimus dum memoria adhuc agens in humanis, suis patentibus literis. Promidum Joannem Hauerlijn Advocatum Lijzdren, ad producen jura Advocatialia citaverat, ad suam p̃sonam. Qui comparens tunc exposuit sibi eadem peregrinis voragnem fuisse penitus consumpta et exusta. Et ne in Advocatia sua frustraretur. Serenitatem suam instantius obsecrabat. Vt sua Serenitas sibi alias literas, super eandem Advocatiam dare dignaretur. Sua

antem Serenitas, nulli preinditum facere vo;
lens, imo vicunquenqz prout dignum est iux
ta institium et intra conservare cupiens, Sibi
literas testimoniales, a Consulibus et civita
te Lizdren, sub iuramento afferre iussit et ma
dauit de quib⁹ de quibus Jocipsum jus exerce
pro Advocato caneba. Et vt iuxta eorum rec;
quisitiones privilegium denuo conderetur
Quia vero Advocatus certior in de esse cupies
tras testimoniales patentes attulit. iuxta qua
rum tenorem quamvis progenitor in eisdem
simus vti accepimus, tras seu privilegia de;
nuo iam tradidisset, nisi eum mors, divina
permittente clementia ab hac luce subtraxis
set. Nobilesqz vestigia progenitoris mei sequen
ad instantes peticiones, nobis pro parte ipsius
Joannis Hamerlijn porrectas. Ac ne ipsa Ci
vitas nra Lisdren, propter carentiam certi Ad
vocati in sui circumspectione et directione
aliquod præinditum patiatur et ruinam
et ut tempore nri felicis regiminis salu
bria potius capiat augmenta: ipsius patentibus
literis Civitatis Lizdren in testimonium
progenitori nro datis conspectis diligenterqz
revisis, ac ad plenum intellectis pernolliti
iuxta earum vim et tenorem et quas pre
sentibus volumus duntaxat in suis ad Ad

Vocatum in Liszdrij pertiñen, habere pro insertis
præfato Joanni Hamerlijn Advocatiam in ipa
Civitate ñra Liszdren, cum infrascriptis et sua
legitima posteritati, damus, donamus, conferi-
mus et largimur gratie. In qua ut ipse Joannes
Hamerlijn tanto uberius possit permanere
Sibi ad eandem quatuor lancos agrorum di-
mensuratos inter agros Civiles, et quos iam
effectualiter ipse Hamerlijn possedit et possidet
tenuit et tenet protendẽ se ad metas seu limi
tes ipsorum, cum omnibus pratis et collibus
ad prædictos mansos pertinentibus, quatuor
decem hortos et sex prata, quodlibet eorum se-
orsum alio cognomine vocatum. Primum Or-
lia Damba, Aliud wielka Damba sibi conniemin
Tertium Samossantzka. Quartum mala dam-
ba Quintum Skrzinka, et qua in circumferetijs
sunt, ab antiquis temporibus radicibus extirpa-
ta. Sextum pratum a fluuio usqꝫ ad agros pre
dicti Hamerlijn. Item fluuium Wartza qui pro-
cedit a fossata oluczenski cum suis rippis et la-
cum Szirocgorvo, ac omnes decursus ad id spectan
usqꝫ ad metas Sareditatis Sgarnow, cum qua
dam insula, qua mediat inter molendinum
ñrum Regale ab una, et molendinum ñrum
penes planum Civile super molendinum civitatis

vsqz ad pedem magni pontis, et super eodem flu
uio Aduocatiali molendinum propinquius
ville dluszko cum suis rippis et pabenis, ad eo
ipsum molendinum quomodo pertinen. Ite
lacum in ripa sua penes fluuium Vartza
antiqui fluuij. et lacum alium dictum Skrzy
ka. Ite super fluuio quor piscatoribus et la
cubus libere pro usu suo ac posterorum suorum
piscandi damus et omnimodam concedimus
facultatem: Etiam ipse Hanczlijn et sui po
steri habebunt liberam platem capiendi piscis
cum Sagena, et hoc tempore inundationis ag
uarum tantum et non alias et plano Cimili
et vbi pabena similia haberentur libera ma
piendo a primis collibus dicte Aduocatie in
eem inter agros ipsorum parte ex utraq; dire
cte per planum et pabena similia, vsq; ad ob
stacula que vocantur olszowij trans fluuium
Dgenszelk. Item mellificia als Barczij, ac
etiam in Borra. aut in silua pro ipsius Ha
nczlijn et successorum suorum utilitate. li
beram arborum et roborum excisionem Si
quanter aut ibi vbi ciuitas Pizdrien. habet li
beram et voluntariam arborum et roborum ex
cisionem, ac pro carnifex arborum et roborum ne
cessario et transfretacione ante Ciuitatem
Pizdrien totiens quotiens opus fuerit illa du:

cendi et namigan, ac grocenrigs alio mo ad effe-
ctum sumum perducen, plenam damus et om-
nimodam concedimus facultatem abs gravis
thelonei solutione. Item ipsi Joanni Hamerlin
et sue posteritati legitime quartum denarium
ex thelonco provenientem cum Garedibus de Tar
novo Tertium denarem foralium cum eisdem
Garedibus. Ita tamen quod ipse advocatus Ha-
merlin et sui successores, debite et fideliter sut
respondere eisdem Garedibus de quarto denario
Tertium denarium de panis. Item dominum
Carnificum Kulgloro et macellum carnium
etiam et eo expresso quod si aliquis carnificum
vel Sutorum aliquo tempore intermedio sibi
ingrari noluerit sine ad artem suam incipere
vellet, extunc a gnolyt eorum tale magisterium
suscipiente et suscipe volente per sex grossos ipsi
Joanni Hamerlin et suis successoribus plenum
damus exigen et levan ptatem. Item Arcam
iacentem penes Arcas Carnonenbin, quam
ab omni solutione, datione et gravis alterius
gnis contributione pro civitate predicta mo
re consueto exigi solita liberamus tenore pre
sentium et absolvimus. In qua quidem area
et praefectus ipse Hamerlin, aut sui successores
legitimi. absq; obstagio et periculo civitatis
predicte plenam habebunt et omnimodam

pro bene velle suis edificandi facultatem damus
donamus, concedimus ipsi Joanni Hamerlijn
et suis successoribus legitimis de innata nobis
benignitatis clementia conferimus et largimur
gratie: per ipsum Joannem et successores suos
tenen. habend. regen. gubernan. pacifice et quiete
possiden. vendend. communtan. arendan. dan. do.
nan. alienan. ac in usus suos beneplacitos conver
ten. pront sibi et suis successoribus melius et
utilius videbitur expedire. Eo tamen speciale
expresso, quod ipse Hamerlijn et sui successores
legittimi, ad quamlzt expeditionem generalem
alb ad bellum, ibi ubi personale nos interesse
mus, aut ubi Capitaneus ac maiores Colonie
cum alijs terrigenis interesset, nobis aut suc
cessoribus nris unum clientem super uno equo
cum balista expedire tenebuntur et pluribus
sint astricti: occasione cuius, Hamerlin ipsum,
et suos successores ab omnibus dationibus so-
lucionibus, et quibusuis alijs contribucionibus
et actionibus omnimodis, liberamus et absolui-
mus, ac liberum et absolutum facimus tenore
putrium mediante, perpetue et in omnem pront
in litere Serenissimi Principis domini Casimiri Re
gis Polonie olende memorie predecessoris
nri egregii vidimus clare continetur. Ca
terum nolentes ut ipse Joannes Hamerlijn
et successores sui in advocatia quemodi

more aliorum Advocatorum jure suo gaudeat et
utatur, volumus et tenore p̃tinm plenam damus
et omnimodam concedimus omnes et singulos
utriusq; sexus nicolaos in civitate Pÿrdren ant
extra degen jure Theutonico Maidenburgen.
et non alio judicam facultatem, quos ab omnibus
jurisdictione judicii et state omnium Regni
nri dignitariorũ et officialium, Palatinoren ca-
stellanorum. judicum. Subjudicum, Succame-
rariorum et ceterorum ministerialium eximimus
et perpetuo liberamus, et coram ipsis aut ipsorũ
alio pro causis magnis q3 parvis: puta furti, in-
cendÿ, sanguinis effusione et membrorum mu-
tilatione et aliis quibuscunq3 enormibus excep-
tis, civitati minime respondebunt, neq3 aliqs
penas solvere tenebuntur, sed tantum predicte
civitatis Pÿrdri nicola coram suo Advocato pre-
dicto Hamerlijn, aut pro tempore exnti Hamer-
lijn, aut qui pro tempore fuerit, coram nobis, du-
modo per nram literam evocati fuerint et cita-
ti, et hoc si in vedenda justitia fuerint negligen
et remissi. Tunc non alio q3 jure suo Theu-
tonico Maidaburgen predicto de se querulanti-
bus respondere sint astricti. In causis autem
criminalibus vel capitalibus supernis expres-
satis, prefato Hamerlijn Advocato Pÿrdrensi
aut qui pro tempore fuerit in granicibus cui-

tatib prædictæ iudican. sentenciandi. puniendi
corrigen, plecten. condemnan. plenam damnb et
omnimodam concedimus tenore puti'm fa:
cultatem, pront Hoc ipbum jus tGentonicum
Maijdemburgen prædictum, in omnibus bus
articulis, capitulis, punctis et condicionibus et
clausulis postulat et requirit. Juribus tamen
ñris Regalibus per omnia semper salvis. Ha
rum quibus sigillum ñrum putibus est appen
sum testimonio literarum. Actum et datum
Cracovie feria tertia, in vigilia Beati Jacobi
Apli. Anno dom. Millesimo quadringentesio
quinquagesimo tertio. Putibus ibidem Rndo
in Xpo patre domino Sbigneo, miseratione di:
vina Tituli Sancte Sabine Presbitero Cardi
nali et Epo Cracovien. Necnon Magnis et Ge:
nerosis. Joanne de Ogizow Castellano et Capto
Joanne de Tgmogin Palatino Cracovien. Luca
de Gorca Loznanen, Joanne de Oliesnicza San
domirien, Stanislao de Ostrorog Calissien. Lau
rentio Zaremba de Calinowa Syradien Pa
latinis. Ingedborio de Koniecspolie Sandomi
rien. Derslao de Ritgrziani Robparien castel.
lanis, Joanne de Lubrza, Petro Szafrancjecz
Crac. Joanne Kurozwecki de Laczkogow Sue
camerariis. et aliis gb plurimis fidedignis te
stibus circa præmissa. Datum per manus
Mgcorum. Joannis de Koniecspolye Cancella:

rij et Capitanei Sijradien. et Letri de Sezekoczin.
Viccecancellarij Regni mei. Sijncere nobis dilecto
rum. Ad relationem Mre eiusdem Magri Joannis
de Koniecz polie R.l: Cancellarij. Item no;
verint vniuersi futurum noticiam habituri q
nos Kazimirus dei gra Rex Polonie. Signi;
ficamus tenore futurum. Quomo Andreas Ad
vocatus ciuitatis nre Lisdrew. obtulit nobis li;
teras. cuius super Advocatiam Lisdren. propos;
tiones in querelis super tenutarium ciuitatis
nre Lisdren quam sibi repugnabat exhibione
arborum pro edificatione et informatione mole;
dini. quod molendinum iacet super fluuium
Warthe inter molendinum retro Castrum ubi
est Foluez alb Valkmol. et inter pontem qui est
penes Plusko villam nram. Quibus lris con;
spectis et sane intellectis. predicto Andree Ad;
vocato nro Lisdren. et suis legitimis succes;
soribus. ratione suorum famulatuum. qua nob
exhibuit. et in futurum exhibere intendit. de;
dimus et sutibus damus omnimodam liberta
tem excidendi. predictas arbores et rubetum
in nris siluis ac nemoribus. ac etiam in sil;
uis et nemoribus ciuitatis nre Lisdren in
perpetuum. pro reformatione dicti molendini
et aggeris et pro reformatione fossatorum. alias

rorecgor vbicunq3 necesse fuerit et oportunum
sine quarnis contradictione cuiuslt gominis
Caterum etiam terram alg rilgwienie libere
recipiat in quocunq3 loco voluerit, pro reformati
one predicti molendini et aggerg abq3 quarnis
contradictione cuiuslt gominis. Caterum
volumus vt prefatus Andreas Aduocatus et
sui successores legitimi, liber sit ab omnibus
dationibus, solutionibus, ac aliis quibuscuis con;
tribucionibus quecunq3 sint. Solumodo quod
pro nobis reservamus: ita quod idem Andreas
Aduocatus, et sui legitimi successores, expedi
at vnum clientem, super vno Equo cum ba:
lista, ad expeditionem gualem alias ad bellum
ibi vbi personale nos interesse[illegible] vel vbi Ca:
pitaneus tre maior3 Polonie, cum aliis terre
genis interesset, ita prout goc in ipsius literis
antecessorum tuor3 latius videmus contineri
Quas literas, in suo rigore, punctis et clausu:
lis conservaminus et conservamus ipas rati
ficam robur perpetue firmitatis obtinere
Jn cuius rei testimonium nrum sigillum
presentibus est appensum. Datg in Pisdri ipo
die sancte Cecilie virginis. Anno dom
Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo
NOS igitur Sigismundus REX cognoscen

vtraq3 hec privilegia preinserta de Cancellaria Se-
renissimi olim domini Kazimiri Polonie Re-
gis predecessoris genitoris3q3 nr̃i ꝯgratissimi suc-
cessine diuinitus emanata iusta esse et legitima
nec in aliqua sui parte esse subpecta vel viciata
illa in toto eorum tenore preallegata, innouan-
mus, approbamus, ratificamus et confirma-
mus, prout et innouamus, approbamus, ratifi-
camus et confirmamus tenore p̃sentium medi-
Decernen omnia et singula, in eisdem antiqris
priuilegiis prainsertis particulatim contenta, in
quorum vsu et possessione pacifica, ipse q̃dem
modernus extitit et sui antecessores fuerunt
robur firmum perpetuis temporibus habitura
In cuius rei testimonium sigillum nr̃um
p̃sentibus est appensum. Datum Cracouie
die dominico festo sancti vitalis Martirꝭ. Anno
domini M°. d°. xxxii°. Regni vero nri anno
xxvi°. p̃sentibus Reudis in ꝯgressu patrono dñis
Letco de Ꝯgoniczę Crac, et R: nri vicecancel-
lario, Joanne Ꝯgorienskij Premisliē Epō, nec-
non Magris nr̃is fidelibus et Generosis. Spitgrone
de Ꝯgornow Zamoscien, et Regni nri Ꝯgran
cario. Letco Opalienskij Landen, et Sermi fi-
lij nr̃i dom̃i Sigismundi Augusti Regis Po-
lonie Curia mgro. Nicolao Czikowski, San-

decen. Laurentio Misogkowskij de Mirow Biecen
Castellanio. Felice Jamoszkij Woinicen et Sgr
nonien Lrapto Refferendario nro. Stanislao
oliesniczkij, Lrapto Scarbimirien. Stanislao
Sgarlo Archidiacono Crac. Jacobo Stgaszkowski
et Sammele Macziciowskij. Canonicis Crac
Secretarijs. Sijlnestro Ogarowskij Succamera
rio nro. Joanne Sgarlo maiore Regni nri
ac aliis quam plurimis. Dignitariis, officia
libus et Aulicis nris, testibus circa premissa
fidedignis. Datum per manus prefati Rndi
in Cgro patris dom̃ Petri Episcopi Cracovien
et R:L: Viceccancellarij, Sincere nobis dilecti. Le
tras Cpas et Viceccancellarias ssst. Relatio
eiusdem Rndi in Cgro patris do: petri Episco
pi Crac et R:L: Viceccancellarij. Nos itaque
iuste supplicationi benigne annuen, hanc
confirmationis privilegii, super eam edu
catam cauen salnas et integras, et ab omni
suspicione alienas, videm illas quoq Regia
nra auctoritate, approbare roborare, et nimora
re statuimus, et innouamus, roboramus et
ratificamus putibus. Decernen privilegium
illud, robur debitæ firmitatis, in omnibus eius
punctis, clausulis et articulis obtinere debere
ac si a nobis ipsis, nuper illi concessum fuis.
set. Harum testimonio lras etc. Dat Piotrk

comia in Comitijs generalibus feria quarta post festum Conuersionis S. Pauli Anno domini M°. D°. xlix°. Regni vero eius xix°. Pl'utibus quibus supra.

Rtio eiusdem supra

Castellanatus Biecthowien

Anno quo supra. Pio[fe]feria penultima Januarii, datus est Castellanatus Biecgowien Generoso Joannis Szwidwa de Sgamotgulij post mortem Generosi Nicolai Rubogzkij Litera in forma Cancellaria solita extradat[a]

Rtio vt supra

Consensus cū aduitalita te super medietatem villa Boguschicze Iacobo Liia Soczki datus

Anno et loco quibus supra. Datus est consensus cum admitalite Generoso Jacobo Liya, Soczkij Castellano Inowladislauien, redimendi medietatem villa Boguschicze, in tra Rauen

consisten, vna cum Adnocatia ibidem, de Generoso Christoffero Liaboczki, fratre ipsius. Litera in forma Cancellaria solita extradita Piotrkow nie feria quinta post festum Conuersionis S: Pauli proxa. Anno &c

Rlio vt supra

Donacio ducatorū et triginta florenorū valentio Dembienski

Sigismundus Augustus etc Significamus tenoribus hris, quorum interest vniuersis. Q propter merita m nob Quosi valentini Dembienskij Referendarii Curie nre. Volen nra eum gratia complecti. Ipsum ducentos et triginta flos, numeri et monete Regni nri, quos ex fisco Dni parentis nri m emi: tunm acceperat, eoq nobis ad eam diem debuit, remittim et donam duximus, remittimusq et donamus tenoribus hris, atq illum et successores illius presentibus quietamus Ita quod neq a nobis, nec a successoribus nris neq ab alio quopiam, occasione prefatorum Ducentorum triginta flos. negotium ipsi et successoribus ipsius exhiberi poterit. Cassam et mortificam obligationem et chirographum

ipsius Generosi Valentini Dambienskij, quod pro predictis ducentis et triginta flore dedit In cuius rei fidē etc. Datum Piotrkowie xxix Januarii Anno dom̄i. M°. d°. xlix° Regni vero m̄ri xix°

Rubrica cuius supra

Iuramentu subditoru Eccliæ Varmiensis

Anno domini M°. d°. xlix° die penultima Januarij. Designati sunt, ad acceptandum juramentum, a subditis Eccliæ Warmiensis Magnus et Generosi. Stanislaus Kostgka de Szgtembergk Palatinus Pomeraniæ, terrarū Prussiæ Capitaneus etc. Georgius de Konopatg Castellanus Elbingen et Raphael de Conopatg Succamerarius Culmensis, secundum pacta: cuius formula est ista. Juro vel juramus, quod quē nobis Deus Ep̄m dederit, cui Sanctiss. d̄ñus n̄r̄ providerit, per D:M: Regiam nominato, per Venerabile Capitulum electo, ei debitam obedientiam et subiectionem ita præstare volumus vt nr̄i Illustrissimus Dñus noster domin Sigismundo Augusto Regi Poloniæ eiusq3 successoribus et Regno fideles futuri simus, tanquam domino

et protectori Ecclie Varmien, neqz alr Epo
ñro subiecti esse volumus, nibi quatenus ille
Regie Mti Polonie subiectus fuerit, et perpe:
tue pacis inscripcionem inviolabr teneret

Coadiutoria Simonis Wi
soczki, in personam tho
me Liasoczki

Sigismundus Augustus etc. Significans etq
Cum singulari privilegio Sancte Sedis Apo:
stolice concessum nobis sit, ut nemo in coad:
nitorem, ad quodcunqz beneficium in Regno
ñro ascisci possit, nisi etiam inter cetera con
sensus ñr ad id accedat. Quamobrem cum
expositum nobis esset. Venerabilem Simone
Wisoczkij Wladislavien et Lancicien canonicum, propter etatem suam provectam
et valetudinem adversam Honorabilem Tho
mam Liasoczkij Clericum Diocesis Wladisla
vien, ad Canonicatum suum Wladislavien
sibi in coadiutorem accipere velle: supplica;
tum qz nobis, ut in eam rem consentire digna
remur. Nos commendatam habentes ipius
Venabilis Thome Liasoczki, virtutem, doctrina
ac morum integritatem. consentiendu ipsi

Venerabili Simoni Wisoczkij duximus, vt eum
sibi in coadiutorem, ad Canonicatum eiusm pre
dictum accipere queat. Ita vt consentiamus fut[ib]
l[ite]r[is] n[ost]r[is]: ita ut possit et valeat omnia ipsius offi
tia, quibus ipse v[e]n[erabilis] Simon Wissoczkij
satisfacere non posset adimplere et exequi. Post
mortem aut ipsius Simonis, neminem alteri
preter ipsum Thomam ad eum Canonicatum
succedere volumus. In cuius rei fidem etc. Datt
Piotrkowie vltima Januarij Anno quo supra

Ex lio cuius supra

Decretu inter Ioannem Rolefinkg et Perfidum Samuelem Iudeum

Sigismundus Augustus etc. Significans etiam
In causa et controuersia, a Senatu ciuitatis
n[ost]ra Gedanen, per appellationem ad nos deuoluta
inter Honestum Ioannem Rolefingk appellan
ab una, et Perfidum Samuelem Judeum ex ap
pellatum parte ab altera, super exceptione fori de
clinatoria. Decreuimus bene iudicatum male
appellatum esse, ac sententias duas conformes
Scabinorum et Consulum ciuitatis n[ost]ræ Gedanen
in omnibus earum punctis, et ambulis, conditio,
nibus et articulis, confirmamus, ratificamus

approbamus, et partes ad forum competens re;
mitti debere pronunciamus. In cuius rei etc
Datum Piotrkonie prima Februarii. Anno
dñi M°. D°. Xlix°. Regni uri XXX°

Rtio Rndo in Xpo patri
do: Sbigneo Epi Cracovien
et R: Polonie Cancellario

Donacio triu masoru agri in villa Lomzicza Mensionariis Ecclie parochialis Lomzen

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Nos Sigismundus Augustus dei
gra Rex Polonie magnus dux Lituanie
necnon terrarus etc. Significamus etc. Quod
nos pium institutum Venerabilis Joannis
Woislawskij Plocen Cathedralis, et Varsegon
ensis Collegiate Ecclesiarum Canonici com
mendantes, qui Mensionariam in Eccle
parochiali Lomzen erigere proposuit, ei;
usq; eius meritorum, nobis et Dno paren
ti meo probatorum habentes rationem, atq;
ita pium institutum illius imantes: tres
mansos agri, in villa ultra Lomzicza, in di:
stictu Lomzen consistem, ad Ecclesiam pa:

rocgialem Lonzen, pro Mensionarijs dñi et do-
ñam duximus, quemadmodum damus dona-
mus Gisce literis nris in perpetuum, prout Gil
manbi literis erectionis nominabuntur, et quem-
admodum in suis metis et limitibus sunt
circumscripti antiquitus, nigil nobis nostrisq3
successoribus, in eisdem lancis, nris, dominij
et proprietatis usufructus proventuum, cen-
sum reliquen, verum ea omnia in Mansio-
narios Ecclie Lonzen, quemadmodum litera
erectionis, cum quibus cumq3 tollerabilibus ac
legitimis conditionibus sonabunt transferen
Quos quidem lancos, ab omni exactione
secular eximimus, et immunitati Ecclesiae
asscripsimus, ita ut pfatis adscribimus et
incorporamus, damusq3 donamus, titulo
perpetua et irrevocabilis donationis. Ita q3
in omnibus casibus, negotiis, de ijs manbis
enen-, non alibi refugium erit, quam ad
Judicem Ecclesiae, formaq3 competens
spiritual. Liberantesq3 eos, ab omnibus one-
ribus perbitionibus, laboribus, censibus, con-
tributionibus et angariis quibuscunq, si qua
nobis aut Reipub: nrae pedere convenerint
vel si qua postea laudata et instituta fuerit
Id autem quicquid imq3 in eos manbos ha-
buimus totum, nigil penitus excipien ita

vt premittimus est adscribimus et donamus
Ecclesie predicte perpetue et in annum. Ha
rum testimonio literarum. quibus sigillum
nrum est appensum. Datum Piotrcovie ter
tia mensis Februarii. Anno domini. M°
D°. xlix°. Regni vero nri xix° Pre
sentibus vt supra

R^tio R^di in Cr^o patris
D^i Samuelis E^pi Crac^ etc

Annua pensio Augustini Rotundi iuris vtriusque Doctoris

Sigismundus Augustus etc. Significamus
tenore presentium quorum interest vniuersis
Quod nos ad intercessionem. R^mi dñi
Samuelis Episcopi Cracovien. et Regni
nri Cancellarii, dedimus et donauimus
pront vigore presentium damus ac donamus
pensionem annuam centum marcarum
Venerabili Augustino Rotundo. Juris vtri
usq3 Doctori. Cancellarie Scribe. cum
quam ad sublimationem usq3 in Epatum
Culmen. R^endus dominus Stanislaus
Hosius, designatus E^pus Culmensis. ex
Ecclesia nra recipere solitus erat. a Sede

olim Dño parente ñro illi donatam. Quam quidem penbionem singulis annis, annuis a Dominica Reminiscere inciprendo anni prasentis, ita vt compleatur anno proxño Millesimo quingentesimo quinquagesimo, eadem Dñica Reminiscere dicta percipere illum volumus, et donationem suis penbionis a Se; renibbimo sancta memoria parente ñro facta in illum plenarie transfundimus: hanc conditionem addẽs, vt liberum illi sit, penbionem hanc, in quadrantem distribuere, ac singulis quartnalibus, incipiendo a quartnali Sancta Trinitatis proxmo vigenas quinas marcas vsqz ad totius summa centum marcarum complementum percipere. Quapropter &: tua Magco Spitcomi de Gfarnow castellano Voinicensi, et Regni ñri Thesaurario, ac Brzezniczensi, Krzepicen, Krzesgonicenqz capto ac vobis Thesauri ñri notariis id significa; tum notumque esse volumus. Mandantes vt prædicto Augustino Rotundo centum marcas vel integras ad Dominicam Reminiscere anni proximi Millesimi quingentesimi quinquagesimi, vel singulis quartnalibus, incipiendo a quartnali Sancta Trinitatis proxio vigenas quinas vel quotiescunqz ad arbitrium

cius, dummodo centum marcarum summa
ante anni decursum compleatur, ex Egebar
ro suo, realiter plenarie et cum effectu detis
dariqz sine grauis mora faciatis. vel ei, vel
qui ab eo ad pecuniam hanc percipiendam
constitutus fuerit. Harum testimonio lite
rarum quibus sigillum nostrum est appensum
datum Kiotgrecomie quarta februarii Anno
